DE

MODORVM VS[...]
TESTAM[...]

QVAESTIONIS GR[...]

PARS PRI[...]

INDICATIVI VSVM[...]

SCRIPSIT SCRI[...]

AMPLISSIMI PHILOSOP[...]

AVCTORITA[...]

D. XVII. MARTII A. C[...]

IN AVDITORIO I[...]

ILLVSTRIS ICTORVM O[...]

PVBLICE DEFE[...]

CAROLVS HENRIC[...]

LIPSI[...]

GROSSHENNERSDORFI[...]

PHILOS. DOCTOR AA. LL. MAG. E[...]

COLLABORA[...]

ADSVMTO AD RESPON[...]

ERNESTO ADOLPHO ED[...]

BVDISSA-LVS[...]

THEOL. STVD. SOCIET. LVSAT[...]

LIPSI[...]

LITERIS STARITZII [...]

DE

VSV IN NOVO
AMENTO

S GRAMMATICAE
S PRIMA

VSVM EXPLICANS

SCRIPTAMQVE

OSOPHORVM ORDINIS

TORITATE

I A. cIↄIↄcccxxvii.

ORIO IVRIDICO

VM ORDINIS CONCESSV

CE DEFENDET

RICVS ADELBERT
PSIVS

ERSDORFIO – LVSATVS

. MAG. ET SCHOLAE THOMANAE
LABORATOR

RESPONDENDVM SOCIO

IO EDVARDO CALINICH

SSA – LVSATO

. LVSAT. SORABICAE SODALI

PSIAE

TZII TYPOGR. VNIVERS.

VIRIS

MAGNIFICIS ILLVSTRIBVS

CONSVLTISSIMIS EXCELLENTISSIMIS

AMPLISSIMIS PRVDENTISSIMIS

CIVITATIS LIPSIENSIS

CONSVLIBVS

PROCONSVLIBVS SYNDICO

AEDILIBVS PRAETORIBVS

RELIQVISQVE SENATORIBVS GRAVISSIMIS

PATRONIS

SVMMA OBSERVANTIA AC PIETATE COLENDIS

HVNC LIBELLVM

DICAT CONSECRATQVE

AVCTOR.

Lectori S.

Quae nostra aetate cum philologiae profanae, quam vocant, universae, tum graecis maxime literis affulsit lux, eam etiam per sacrae philologiae campos radios sparsisse et ad Novi inprimis Testamenti orationem eiusque indolem singularem felicius indagandam novam certamque aperuisse viam, omnes, qui librorum sacrorum interpretationi vere consultum cupiunt, dudum gavisi sunt. In qua re nemo nescit, quantam laudem promeruerint viri praestantissimi, Henr. Planckius, Winerus, Wahlius, Fritzschius aliique. Sed vix ultra prima lineamenta recens condita disciplina hodie progressa est, nec nisi diuturna et enixa multorum opera eo tandem poterit adduci, ut iure dicatur omnibus numeris absoluta. Nam qui ad naturam et indolem orationis N. T. accurate et per singulas partes cognoscendam animum applicuerit, licet hoc habeat commodi, quod librorum, quibus ista oratio continetur, haud ita magna est multitudo, tamen, quum non ex sola exemplorum N. T. comparatione, verum etiam ex aliarum quarumdam rerum, earumque ex parte parum adhuc cognitarum scientia pendeat de scriptorum sacrorum usu iudicium, tam amplam tamque difficilem reperiet sciscitandi materiem, ut omnem de his rebus quaestionem suis solius viribus ad finem perductum iri, haud

dubie desperaturus sit. Etenim, ut de singulis dicam, iam in eo satis est negotii, ut quaecunque ad usum scriptorum ss. ostendendum aliquid faciant exempla, plene et accurate congerantur. Nam et rerum, quae tractandae sunt, ingens copia est, quum neque ea, quae leviora videantur, prorsus negligi debeant, et ex iis quaedam latissime patent, qualis est locus de usu praepositionum, qui quum maximi momenti sit in interpretandis libris sacris, singulari aliquando scriptione a nobis, si deo placuerit, explicabitur. Augetque laborem, quod in colligendis exemplis non sufficit textum receptum inspexisse, sed etiam copiosissima illa lectionum variantium farrago intenta oculorum acie perlustranda est, ut in qua sola interdum vestigia lateant locutionum iniuria a librariis editoribusque obliteratarum. Sed longe plurimum difficultatis, qui linguae N. T. enarrandae operam dat, adferri sibi intelliget earum rerum, quarum scientia instructus esse debet, ambitu fere immenso. In his primo loco nominanda est accurata cognitio Graecitatis purioris, qua ut fundamento suo etiam sacra oratio nititur. Quam quidem scientiam apparet tanto debere accuratiorem esse, quo saepius iudicandum est de rebus subtilissimis et talibus, quas aut perraro invenimus, aut vix curare solemus in legendis scriptoribus. Cuiusmodi minutias qui negligeret in instituenda variorum sermonum ingenii comparatione, praeteriret ea, in quibus cum maxime cernitur singularis orationis indoles. Verum non antiquiorem solum, sed etiam recentiorem Graecitatem bene noverit necesse est, qui perfecti grammaticae sacrae interpretis laudem mereri cupiat. Nam cum sacri Codicis auctores ea vixerint aetate, qua fere

novum dicendi genus (*τῆς κοινῆς διαλέκτου* nomine insignitum) inter Graecos obtinuerat, sponte intelligitur, ex serioris huius sermonis cognitione plurima peti posse ad ss. scriptorum usum illustrandum. Quae cognitio nemo ignorat, quantis difficultatibus impedita sit, tum maxime, cum de legibus syntacticis quaeritur. Nam ex iis, quae a grammaticis cum antiquioribus, tum recentioribus in hanc rem allata sunt, pleraque ad singula verba eorumque aut formam aut significatum spectant: de syntaxi parcius est ab iisdem expositum, et haec pauca ita sunt per veterum recentiorumque libros dispersa, ut etiam in iis conquirendis haud parum insumendum sit operae. Neque ea, quae alii omiserunt, ipse facile suppleveris in tanta scriptorum multitudine. Legendi enim forent, quicunque ab Alexandri Magni temporibus usque ad extremam scriptorum Byzantinorum aetatem composuere libros. Ab his seriorum Graecorum libris separandae sunt versiones graecae V. T., libri apocryphi V. et N. T. et scripta Patrum Apostolicorum, in quibus quod reperitur sermonis genus, etiam arctiori necessitudinis vinculo coniunctum est cum oratione N. T. Nam praeterquam quod plerique horum librorum aeque ac scripta N. T. a Iudaeis sunt compositi, de qua re deinde verbo monebitur, etiam illud utrisque commune est, quod, cum Graeci scriptores post Alexandri M. tempora ad Atticam dialectum fere omnes linguam suam accommodaverint, licet admixtis haud paucis antiquiorum dialectorum idiotismis, illorum contra, quos modo laudavimus, librorum et ipsius N. T. auctores pro vitae ipsorum conditione eum in scribendo adhibuerunt sermonem, qui eodem tempore in vita et quoti-

diana consuetudine inter populum usurpari coeptus erat, ille quidem ex omnium gentium dialectis conflatus, sed ita, ut, quae antea sola adhibita fuisset in aliqua regione dialectus, ea nunc quoque prae ceteris in eadem regnaret. Ex his quo luculentius apparet, quantum momenti ad constituendum ac iudicandum N. T. loquendi usum habeat illorum librorum comparatio, eo magis dolendum est, quod ne haec quidem, si a lexicographis recesseris, a quoquam adhuc suscepta est*). Unde novo incremento augeri patet laborum istorum molem, quos, antequam pro absoluta haberi possit grammaticae sacrae disciplina, iure dixeris superandos. Claudit denique agmen in eo posita difficultas, quod, quum libri ss. non a Graecis, sed a Judaeis sint conscripti, quos non pauca ex patria lingua admiscuisse consentaneum est, etiam Hebraeam linguam et Syro-Chaldaicam callere debet, qui in explicando Hellenismo sacro haud inutilem locare vult operam. Qua re quam late patens aperiatur studiorum campus, non opus est, ut exponam. Quae cum ita sint, si quis, quid ego praestiterim, ex me quaerat, meminerit velim, me non universam disciplinam amplexum esse, neque id egisse, ut earum rerum, quibus haec studia adiuvari dixi, scientia augeatur, sed hoc unum mihi habuisse propositum, ut unum aliquod huius doctrinae caput, quantum fieri posset pro praesenti illarum rerum conditione, illustrarem. Nam

*) Grammaticae versionis Alexandrinae a se edendae spem fecit Winerus in praefatione ad priorem Grammaticae N. T. editionem. Hodie singulas tantum easque paucissimas habemus virorum doctorum observationes.

vel sic aliquantum profici posse in excolenda disciplina, neminem puto infitias iturum esse. Quapropter nec illud exprobrari nobis poterit, quod nullam rationem habuerimus versionis V. T. Alexandrinae et reliquorum librorum, quos sermone ab Alexandri M. temporibus inter populum usurpato diximus exaratos: neque hoc vitio nobis vertent aequi iudices, quod, ubi de seriorum Graecorum usu dicendum esset, substiterimus in iis, quae iam a viris doctis, Lobeckio maxime ad Phrynichum, passim sunt notata. Hebraei autem sermonis haud unquam a nobis factam esse mentionem, non mirabitur, qui nihil hinc frugis peti posse ad instituendam de modorum usu disputationem, reputaverit. In comparando denique seriorum Graecorum usu eam, quam licuit, adhibuimus diligentiam, in eaque re ita nobis versandum esse duximus, ut non solum ea, quae a sacris scriptoribus vere usurpata vidissemus, ex bene graecae dictionis legibus iudicarentur, sed ea etiam, quae non essent ab iisdem usurpata, in quaestionem vocarentur. Nam in hoc ipso, quod aliqua dicendi formula non est ab aliquo scriptore usurpata, eo quidem loco, quo ab aliis haud dubie esset adhibita, verum cerni illius scriptoris idiotismum, nemo non intelligit. Sed si quid est, quo iis aliquantulum, qui ante me his studiis se dederunt, praestitisse ipse mihi videar, in eo velim quaeri, quod in colligendis ad N. T. loquendi usum demonstrandum exemplis paulo maiorem operam posuerim. Quam cum super omnes grammaticae sacrae partes extenderim, quod vix dici potest, quanto labore temporisque impendio effectum sit, fieri poterit, ut plura in posterum simili modo pertractem capita.

Ceterum in praesenti de indicativi usu disputatione earum tantum rerum mentionem faciendam putavi, in quibus aut discrepat oratio sacra a Graecitate profana, aut convenientiam utriusque demonstrasse operae pretium est. Quae res quo ordine proponantur, nihil refert. Dicendum enim est de rebus singulis nec arcto inter se connexis vinculo.

---

§. 1.

De indicativo optationi inserviente.

Exordium disputationis nostrae ab eo petere placet indicativi usu, quo adhibetur ad optandum: de quo quum iam satis recte sit ab interpretibus grammaticisve expositum, paucissimis rem absolvere licebit. Constat, etiam a Graecis indicativum in optando usurpari, tum quidem, cum aliquid optatur, quod scimus contingere nobis non posse. In qua re quum simplicem indicativum cum particula *εἴθε* adhibere liceat, solennis tamen usus est verbi *ὤφελον* cum eadem particula coniuncti, adiecto deinde infinitivo praesentis, aoristi, futuri, prouti res, quae optatur, aut praesens est aut praeterita aut futura. Vid. illustris HERMANNUS ad Vig. p. 756. Idem ille verbi *ὀφείλω* aoristus in eadem re etiam a scriptoribus sacris adhibitus est, sed singulari quodam modo. Nam et augmentum omittunt, nec addunt voculam *εἴθε* *), sed ita usurpant verbum *ὄφελον*, quasi non

---

*) Omisit etiam Homerus Il. XIX, 59.

Τὴν ὄφελ' ἐν νήεσσι κατακτάμεν Ἄρτεμις ἰῷ.

quo loco conspicere adhuc licet primitivam verbi significationem: *debebat eam interficere*, quod fere idem est, ac si dicas: *utinam eam interfecisset*. Sed idem Homerus saepissime addit *αἴθε*. Contra in N. T. neque *εἴθε*, neque simplex *εἰ* optandi sensu unquam reperitur: nam de locis a WAHLIO in clavi N. T. philolog. p. 222. huc relatis vid. FRITZSCHIUS in coniect. in N. T. I. p. 26. sq.

verbum sit, sed particula; unde ne personarum quidem numerique diversitate quidquam in illa forma mutatur, verbum autem, quo, quid optetur, significatur, non infinitivo, sed indicativo modo subiungitur. Quod quum a puriore Graecitate alienum sit, seriori tamen convenit. Vid. VIGER. de idiot. p. 274. HERMANN. ad eundem p. 758. FISCHER. ad Weller. spec. III. a. p. 148. MATTHIAE gramm. uber. p. 719 sq. BUTTMANN. gr. gr. §. 137. p. 443. WINER. gramm. N. T. p. 127. WAHL. in clav. N. T. p. 674. In N. T. quatuor huiusmodi inveniuntur exempla. Cum imperfecto *ὄφελον* legitur Apoc. III, 15. *οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ, οὔτε ζεστός· ὄφελον ψυχρὸς ἦς, ἢ ζεστός*, ubi male quidam libri exhibent *εἴης*. 2 Cor. XI, 1. *ὄφελον ἀνείχεσθέ μου μικρὸν τῇ ἀφροσύνῃ*, *utinam ferretis* (minus accurate FRITZSCH. in dissert. II. ad Cor. II. p. 52. *utinam feratis*), ubi mirum videri possit, quod statim sequitur *ἀλλὰ καὶ ἀνέχεσθέ μου.* Sed his verbis semet ipse correxisse auctor existimandus est. Cum aoristo exstat 1 Cor. IV, 8. *ὄφελόν γε ἐβασιλεύσατε*, *utinam regnum adepti essetis:* nam haec aoristi vis est. Cum futuro denique *ὄφελον* iunctum est Gal. V, 12. *ὄφελον καὶ ἀποκόψονται οἱ ἀναστοῦντες ὑμᾶς*, quod sermone bene graeco diceretur *εἴθ' ὤφελον ἀποκόψεσθαι.* Cf. WINER. in ep. ad Gal. p. 76. et, quem ille citat, GRAEV. ad Lucian. Soloecist. II. p. 750.

§. 2.

De indicativo in interrogatione deliberativa.

Progredimur ad eum indicativi usum, ubi aliquis, quid sibi faciendum sit, deliberat. In qua re cum pro-

pria coniunctivo sedes sit, quaeritur, an huius fortasse fines in N. T. invaserit indicativus. Distinguendum autem est inter futurum et praesens indicativi. In futuro quidem nihil est offensionis. Nam cum ea, de quibus deliberamus, hoc ipso tempore futura sint, recte possunt ut talia simpliciter proferri, quae in futurum cadant tempus. Eurip. Jon. 758.

εἴπωμεν ἢ σιγῶμεν; ἢ τί δράσομεν;

cf. Hermann. ad Vig. p. 742. Huiusmodi est formula Paulo in epist. ad Rom. frequentata, *τί οὖν ἐροῦμεν;* vid. VII, 7. VIII, 31. IX, 14. 30. Unde nec Rom. VI, 1. *τί οὖν ἐροῦμεν; ἐπιμενοῦμεν τῇ ἁμαρτίᾳ, ἵνα ἡ χάρις πλεονάσῃ;* fides iis habenda erit libris, qui *ἐπιμένωμεν* suppeditant. Sensus est: *werden wir (wollen wir) in der Sünde beharren?* Quibus simillima sunt, quae leguntur v. 15. *τί οὖν; ἁμαρτήσομεν, ὅτι οὐκ ἐσμὲν ὑπὸ νόμον, ἀλλ' ὑπὸ χάριν;* ubi rursus quidam libri perperam *ἁμαρτήσωμεν.* Alia ratio eorum locorum est, ubi, quid faciendum sit, non ipse secum reputat, qui loquitur, sed ex alio quaerit. Luc. III, 10. *ἐπηρώτων αὐτὸν οἱ ὄχλοι, λέγοντες· τί οὖν ποιήσομεν;* ibid. 12. 14. Marc. VI, 24. cf. Matth. XIX, 16. Marc. X, 17. Luc. XVIII, 18. Quamquam etiam coniunctivum in tali interrogatione adhiberi potuisse testatur locus Joh. VI, 28. *εἶπον οὖν πρὸς αὐτόν· τί ποιῶμεν, ἵνα ἐργαζώμεθα τὰ ἔργα τοῦ θεοῦ;* si quidem vera est scriptura. Nam pauca quaedam subsidia hic quoque futurum praebent, alii *ποιήσωμεν* vel etiam *ποιοῦμεν.* Praesentis exemplum reperiri putes 1 Cor. X, 22. *ἢ παραζηλοῦμεν τὸν κύριον;* sed hoc quidem loco non, quid faciendum sit, quaerit

Apostolus, sed quid iam nunc fiat*). Sensus enim est: *Oder fordern wir Gott zum Zorn auf?* i. e. *an id agimus, ut Deum ad iram provocemus, ut proinde debeamus alienos colere deos?* Vid. noviss. editor POTT. ad h. l., quem plane eodem modo indicativi potestatem explicuisse, laetus intellexi. Sed alium notavi locum, qui, uti re vera continet deliberationem, ita necessario coniunctivum postulare videtur. Locus est Joh. XI, 47. *συνήγαγον οὖν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ φαρισαῖοι συνέδριον καὶ ἔλεγον· τί ποιοῦμεν; ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος πολλὰ σημεῖα ποιεῖ.* At ne hoc quidem a Graecis dici potuisse temere negaverim, quamquam exemplum desidero. Nos plane eodem modo: *Was thuen wir?*

Huic quaestioni affines sunt aliae quaedam, quibus exponendis commode hic concedi videtur locus. Prima est de indicativo in formula *τί θέλεις ποιήσω;* quem Graecis serioribus, in his etiam Luciano, usitatum fuisse, docent LOBECK. ad Phryn. p. 734. SCHAEFER. ad Lamb. Bos. p. 765. et JACOBS. ad Achill. Tat. p. 559. Nulla eiusmodi indicativi in editionibus nostris N. T. supersunt vestigia, sed in codicibus aliquoties reperitur. Ita Matth. XXVI, 17. *ποῦ θέλεις ἑτοιμάσωμέν σοι φαγεῖν τὸ πάσχα;* pars codicum (in his Cantabr. et antiquissimus Matthaei H) praebent *ἑτοιμάσομεν;* idemque in locis parallelis Marc. XIV, 12. Luc. XXII, 9. alii libri exhibent. Accedit l. Matth. XIII, 28. *θέλεις οὖν ἀπελθόντες συλλέξωμεν αὐτά;* ubi pariter codicum pars pro futuro pugnat. Coniunctivus autem libris omnibus con-

*) Cf. quae in simili causa iudicavit celeb. STALLBAUM. ad Plat. Eutyphr. p. 60.

sentientibus legitur Matth. XVII, 4. εἰ θέλεις ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς; de quo loco infra dicetur. Luc. IX, 54. θέλεις εἴπωμεν πῦρ καταβῆναι ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ; 1 Cor. IV, 21. τί θέλετε; ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ ἐν ἀγάπῃ πνεύματί τε πρᾳότητος; ubi cogitatione repetendum est θέλετε, hoc modo: τί θέλετε; θέλετε ἐν ῥάβδῳ ἔλθω πρὸς ὑμᾶς, ἢ (θέλετε ἔλθω) ἐν ἀγάπῃ πν. τ. πρ.; Quamquam fortasse ne opus quidem est illa repetitione; si quidem etiam absolute in tali interrogatione coniunctivus poni potuit. Cf. Hermann. ad Vig. p. 742. Quo concesso eo usque progredi licebit, ut etiam tum, cum adiectum sit verbum θέλω, coniunctivum non tam ab hoc verbo, quam a semet ipso pendere statuatur, ita ut, si dicas v. c. θέλετε ἔλθω; explicandum sit: *wollt ihr, soll ich kommen*? Certe ab omisso ἵνα non pendet, quae sententia fuit Hemsterhusii ad Lucian. Tom. I. p. 267. Nam etiam ii, qui post verbum θέλειν et similia non usurparunt particulam ἵνα (cfr. Hermann. ad Vig. p. 852. Schaefer. melet. crit. p. 121.) formula θέλεις ποιήσω uti non dubitarunt. Non erat igitur, quod Hemsterhusius, quem sequitur Lehmannus, indicativum in hac formula usurpari posse, propterea negaret, quia omissum ἵνα coniunctivum requirat. Imo ne intellecto quidem ἵνα futurum indicativi temere damnandum esset in Graecitate seriore, cui hanc ipsam structuram usitatam fuisse, infra demonstrabimus. At multo tamen rectius et ipsum indicativum pariter atque coniunctivum absolute positum dixeris. Sed redeundum est ad usum N. T., ex quo quae attulimus exempla, iis augeri possunt locis, ubi prima persona singularis posita est, quae et futuri et coniunctivi esse

potest. Vid. Matth. XX, 32. XXVII, 17. 21. Marc. X, 51. XV, 9. 12. Joh. XVIII, 39. Sed talibus nihil efficitur. Quaeritur autem, quid supra citatis locis, ubi inter coniunctivum et indicativum scriptura fluctuat, auctores vere scripserint. Ac Matthaeo quidem (XIII, 28. XXVI, 17.) recte iam FRITZSCHIUS in comment. ad Matth. p. 465. et 761. futurum restituit. Restat igitur, ut etiam Marc. XIV, 12. et Luc. XXII, 9. idem reponatur. Nam praeterquam quod propter serioris Graecitatis analogiam Novo Testamento convenire videtur futuri usus, multo etiam credibilius est, librarios, qui vulgare dicendi genus requirerent, coniunctivum pro indicativo scripsisse, quam contra, id quod bene est a FRITZSCHIO monitum.

Sequitur formula *οὐκ ἔχω, τί ποιῶ*, in qua coniunctivi loco etiam futurum indicativi in N. T. usurpatum esse, dubio caret. Cfr. WINER. in gr. p. 121., qui tamen diversa commiscuisse videtur. Certissima exempla sunt Luc. XI, 6. *οὐκ ἔχω, ὃ παραθήσω αὐτῷ.* ib. XII, 17. *οὐκ ἔχω, ποῦ συνάξω τοὺς καρπούς μου.* Phil. I, 22. *τί αἱρήσομαι, οὐ γνωρίζω**). Huiusmodi exemplum est in Platonis Gorg. p. 521. B. *ἀφελόμενος οὐχ ἕξει, ὅ, τι χρήσεται αὐτοῖς.* Aliud legebatur olim in Sympos. p. 216. C. *οὐκ ἔχω, ὅ, τι χρήσομαι τούτῳ τῷ ἀνθρώπῳ*, sed BEKKERUS invitis libris omnibus *χρήσωμαι* edidit. STALLBAUMIUS etsi non negat futurum recte dici posse,

*) Locus Marci IX, 6. *οὐ γὰρ ᾔδει, τί λαλήσει* superioribus eo est dissimilis, quod non tam quaeritur, quid fieri debeat, quam, quid futurum sit. In qua re ne poterat quidem coniunctivus poni, quem male quidam libri exhibent. Vid. infra §. 8. Luc. IX, 33. de eadem re scripsit: *εἶπε — μὴ εἰδώς, ὃ λέγει.*

aliam tamen dicit significationem habere, atque coniunctivum, quem huic loco unice convenire censet. Vellem accuratius explicuisset vir praestantissimus, quale sit, quod inter utramque dictionem intercedere putet discrimen. Quod si in eo, uti videtur, ponendum est, ut indicativus rem simpliciter tamquam futuram cogitari indicet, coniunctivus autem significet, quod nos adhibito verbo *sollen* exprimimus, vix tanti illud faciendum videtur, ut proinde et in Convivii loco citato et in Gorg. p. 465. C. (nam hic quoque fere omnes codices futurum tuentur) librorum scriptura mutari debuerit.

His addam duos locos, in quibus ita coniunctivi partes sustinere videtur indicativus, ut inserviat exhortationi. 1 Tim. VI, 8. *ἔχοντες δὲ διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, τούτοις ἀρκεσθησόμεθα*, quod vertunt: *si modo victu et tegumentis utamur, his contenti simus.* Jac. IV, 13. *ἄγε νῦν οἱ λέγοντες· σήμερον καὶ αὔριον πορευσόμεθα εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ποιήσομεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα, καὶ ἐμπορευσόμεθα, καὶ κερδήσομεν*, ubi GRIESBACH. et KNAPP. coniunctivum receperunt. Potuit ille poni, sed qui indicativo utitur, ita loquitur, quasi futurum esse, quod cupiat, certo confidat. Nihil igitur est, quod in hoc indicativo reprehendas, quamquam posteriori eum Graecitati inprimis usitatum fuisse, satis habemus exploratum. Vid. JACOBS. ad Achill. Tat. p. 559. De formis *ἀρκεσθησώμεθα*, *πορευσώμεθα* infra pluribus dicetur.

§. 3.

De indicativo in formula οὐδείς ἐστιν, ὃς ποιήσει.

Indicativi usum in formula *οὐδείς ἐστιν, ὃς ποιήσει*, universae Graecitati communem, etiam N. T.*) convenire verbo monuisse sufficeret, nisi pauca quaedam in ea re essent observanda. Primo enim quaeritur, si negatio sit indicativo addenda, utrum *μὴ* adhibeatur, an *οὐ*. Apud Graecos *μὴ* usitatissimum est, ut in illo Xenophontis: *παρ' ἐμοὶ οὐδεὶς μισθοφορεῖ, ὅστις μὴ ἱκανός ἐστιν, ἴσα πονεῖν ἐμοί.* Sed ab iisdem etiam *οὐ* usurpatum esse multa testantur exempla, veluti Plat. Euthyphr. pag. 12. B. *ἐπεὶ ἔστιν, ὅστις αἰδούμενός τι πρᾶγμα καὶ αἰσχυνόμενος, οὐ πεφόβηταί τε καὶ δέδοικεν ἅμα δόξαν πονηρίας*; ubi etsi non addita est ad verbum *ἔστιν* negatio, tamen ut negativa sit sententia, interrogatio efficit. Plura exempla invenies apud Schaefer. melet. crit. p. 71. Nec mirum. Respicitur enim ad eum, qui denique verbis subest, sensum: *num quis — non timet*, h. e. *nemo — non timet.* Scriptores sacri ubique *οὐ* adhibuerunt. Matth. X, 26. *οὐδὲν γάρ ἐστι κεκαλυμμένον, ὃ οὐκ ἀποκαλυφθήσεται· καὶ κρυπτὸν, ὃ οὐ γνωσθήσεται.* Matth. XXIV, 2. Luc. VIII, 17. XII, 2. XXI, 6., quibus accedunt ii loci, ubi pro *οὐδείς ἐστιν, ὅς* dictum est *τίς ἐστιν, ὅς.* Act. XIX, 35. 1 Cor. IV, 7. Hebr. XII, 7. Addendus fortasse etiam l. Matth. XII, 11. *τίς ἔσται ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃς ἕξει πρόβατον ἕν, καὶ ἐὰν ἐμπέσῃ τοῦτο εἰς βόθυνον, οὐχὶ κρατήσει αὐτὸ καὶ ἐγερεῖ;*

---

*) Marc. VII, 15. IX, 39. Luc. I, 61. 1 Cor. VI, 5. Phil. II, 20.

Nam saepe *οὐχί* extra interrogationem adhibetur, vid. WAHL. in clav. p. 673. Sed rectius tamen ultima verba interrogative accipiuntur, ut hic quoque tale anacoluthon habeas, quale Matth. VII, 9. *τίς ἐστιν ἐξ ὑμῶν ἄνθρωπος, ὃν ἐὰν αἰτήσῃ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἄρτον, μὴ λίθον ἐπιδώσει αὐτῷ*; quem locum bene explicuit FRITZSCH. in Coniect. I. p. 34. sq., quamquam quod dicit V. D., Matthaeum, nisi mutasset constructionem verborum, scripturum fuisse *μὴ ἂν ἐπιδοίη*, id non crediderim. Scripsisset potius *οὐκ ἐπιδώσει*, quantum ex eorum, quos attulimus, locorum, comparatione iudicare licet. Optativi enim usus quam angustis finibus sit in N. T. circumscriptus, in secunda huius dissertationis parte copiosius demonstrabitur. Imo ne aptus quidem esset huic loco optativus, si verum est, quod docuit HERMANN. ad Soph. Ai. 1200. p. 182., optativum cum voc. *ἄν* in tali locutione de eo, quod fieri *possit*, dici contendens. Tanta igitur exemplorum copia munitus est usus ille voculae *οὐ*, ut non debuerit ad l. Matth. XXIV, 2. idem FRITZSCHIUS (in comment. ad Matth. p. 698.) profiteri, malle se scribere *ὃς μὴ καταλυθήσεται*, quam *ὃς οὐ καταλυθήσεται*, modo hanc veniam codices dent.

Altera, quae hic se obfert quaestio, illa est, an in huiusmodi formula pro indicativo etiam coniunctivum adhibere liceat. Quod HERMANN. ad Vig. p. 742. propterea affirmat, quoniam eandem huius formulae censet rationem esse, ac notissimae illius *οὐκ ἔχω, τί ποιῶ*. Sed eo tamen diversa videtur utriusque ratio, quod illud *οὐκ ἔχω, τί ποιῶ* dubitantis est, et quid fieri debeat, quaerentis, in formula *οὐδείς ἐστιν, ὃς ποιεῖ (ποιήσει)* autem de eo agitur, quod nunc est vel futurum est. Unum

coniunctivi exemplum ex Josephi Antiqu. XIII, 6. 652. attulit LOBECKIUS ad Phryn. p. 736., sed idem et in codicibus indicativum legi monet, et coniunctivum illum ad id genus ipse refert, quod debeatur librariis, latini sermonis assidua consuetudine corruptis. In editionibus nostris N. T. unus exstat locus, qui eiusmodi habet coniunctivum, Luc. VIII, 17. *οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν, ὃ οὐ φανερὸν γενήσεται, οὐδὲ ἀπόκρυφον, ὃ οὐ γνωσθήσεται καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ*, ad quem ipsum locum ab HOOGEVEENIO ad Vig. p. 200. commemoratum, HERMANNUS ista observavit. Sed valde dubitare licet de scripturae veritate. Nam ut *ἔλθῃ* genuinum esse concedam, tamen pro verbis *ὃ οὐ γνωσθήσεται* videtur aliquid scriptum fuisse, quod coniunctivum requireret. Ita in codd. B L legitur *ὃ οὐ μὴ γνωσθῇ*, in cod. Cantabr. *ἀλλὰ ἵνα γνωσθῇ*, in aliis *εἰ μὴ ἵνα γνωσθῇ*. cfr. Marc. IV, 22. Accedit, quod temporum modorumque diversitas tanto maiori offensioni esset, quod notiones verbis *γνωσθήσεται* et *εἰς φανερὸν ἔλθῃ* inclusae adeo sunt sibi similes, ut meram contineant tautologiam. Itaque vix dubito, quin restituendum sit *ὃ οὐ μὴ γνωσθῇ καὶ εἰς φανερὸν ἔλθῃ*: sic enim non ex totius formulae natura, sed e solis voculis *οὐ μὴ* coniunctivus penderet. Marc. XIII, 2. *οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ*. Luc. XVIII, 29. *οὐδείς ἐστιν, ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν — ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα. Ἐὰν* (h. e. *ἂν*) *μὴ* cum coniunctivo habes Marc. IV, 22. *οὐ γάρ ἐστι κρυπτὸν, ὃ ἐὰν μὴ φανερωθῇ*, quamquam hic quoque scriptura fluctuat. Cfr. Marc. X, 30.

§. 4.

De indicativo post particulas temporales.

Accedimus ad particulas s. coniunctiones temporales indicativo consociatas. Ex his ὅτε, ἐπεὶ, ἐπειδὴ, si ad certum quoddam tempus praeteritum referantur, uti apud Graecos, ita etiam apud scriptores ss. indicativo modo iungi, notissimum est. Sed dicendum est de aliis quibusdam particulis, insolentius in N. T. cum indicativo constructis.

Particulam ὅταν bis in N. T. cum indicativo legi, notatum iam est a Wahlio cl. p. 658. sq. et a Winero gramm. p. 127. Loci sunt Marc. III, 11. *τὰ πνεύματα τὰ ἀκάθαρτα ὅταν αὐτὸν (τὸν Ἰησοῦν) ἐθεώρει, προσέπιπτεν αὐτῷ καὶ ἔκραξε.* et Apoc. IV, 9. *ὅταν δώσουσι τὰ ζῶα δόξαν καὶ τιμὴν κ. τ. ἑ.* Cuiusmodi indicativos a puriore Graecitate abhorrere, diserte docet Hermann. ad Vig. p. 792. Recteque Wahlius ex illius lege priore quidem loco optativum requiri intellexit. vid. Hermann. ad Vig. l. l. num. 256. a. Schaefer. ad Dion. Hal. de comp. verb. p. 402. sq. Matthiae gr. uber. §. 521. Buttmann. gr. gr. §. 126. not. 3., quem usum a scriptoribus N. T. prorsus alienum esse, bene observavit Winerus l. c. Posteriore autem loco bene graecae dictionis legi coniunctivum unice convenire, vix est, quod moneam. Sed quaeritur de Graecitate recentiore. Cui et ipsi indicativi usum abiudicare videtur Bastius ad Gregor. Corinth. p. 115. ed. Schaefer. Nam etiam in scholiastarum scriptis talia pro vitiis dicit habenda, iisque e scripturae

compendio ortis, male ab illis, qui primi codices legerent, intellecto. Aliter JACOBS. in observ. crit. ad Anthol. graec. p. 30. sq., qui seriores Graecos minime dubitasse dicit ὅταν cum indicativo coniungere. Exempla affert e Theodos. expugn. Cretae, eandemque structuram Gregorio Nazianzeno restituit, in Rufino tamen (Ep. XXVII, 5.) et Libanio (p. 415. 29. Tom. IV. ed. R.) vix ferendam censet. Cum Jacobsio faciunt PASSOV. in lex. graec. s. v. ὅταν, et WINER. in gramm. p. 127., qui aliud attulit exemplum ex Evangelio Aegyptio. Nec est, quod ego dissentiam. Nam ut saepissime ex librariorum editorumque errore indicativum natum esse concedam, omnium tamen exemplorum communem hanc esse originem, vix mihi persuadeam. Ex his quae praeterita habent indicativi tempora haud dubie genuina sunt, ut illud Theodosii: *ἰσχὺς γὰρ ἦν τις ἢ κράτος Καρχηδόνος, ὅταν παρεστὼς μυριοξίφῳ μάχῃ τὰς ξυμφορὰς ἔπεμπε τῇ πορθουμένῃ.* I, 5. p. 357. Nec illud ἔσται in Evang. Aegyptio corruptum facile dixerim. Hinc facilius erit de locis N. T. iudicium. Ac de Marci quidem loco dubitari nullo modo poterit, praesertim cum omnes libri indicativum tueantur, in numero tantum verbi, ut saepissime post aliquod nomen generis neutrius, ita discrepantes, ut alii ἐθεώρει, alii ἐθεώρουν exhibeant. Sed de Apocalypsis loco eo magis videtur dubitari posse, quod alii libri praeter indicativum singularis numeri δώσει etiam coniunctivum suppeditant et huius quidem aut aoristum δῶσι, aut futurum δώσωσι, de qua futuri forma infra disputabitur. Nihilo tamen secius vera videtur scriptura δώσουσι, ex qua lectionum diversitas optime potest explicari. De plurali numero vid. WINER. p. 145.

Indicativum autem alii loci, in quibus huc usque coniunctivus editus est, egregie confirmant. Luc. XIII, 28. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὅταν ὄψεσθε Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ καὶ πάντας τοὺς προφήτας ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, ὑμᾶς δὲ ἐκβαλλομένους ἔξω. Futurum enim multi codd., in his Cantabr., offerunt. Vulgo ὄψησθε legitur, qui aoristus, licet non prorsus videatur in seriore Graecitate inauditus (cf. LOBECK. ad Phryn. p. 734.), hoc tamen loco valde est suspectus, praesertim cum aliud eiusdem exemplum frustra in N. T. quaeratur. Matth. X, 19. ὅταν δὲ παραδώσουσιν ὑμᾶς, μὴ μεριμνήσητε, πῶς ἢ τί λαλήσητε, quae est multorum optimae notae codicum lectio. Reliqui aut παραδιδώσουσιν praebent, aut inter varias coniunctivi formas (παραδιδῶσιν [παραδίδωσιν] παραδῶσιν, παραδώσωσιν) fluctuant. FRITZSCH. in comm. ad Matth. p. 374. et h. l. futurum damnat, et omnino in dubium hanc structuram vocat. Sed, quamvis pro satis certa omnique exemta dubitationi rem ne ipse quidem vendiderim, idoneam tamen causam, quae indicativum omnino expelli iubeat, non perspicio. Veri simillimum enim est, hoc ipso, quo libri sacri conscripti sunt, tempore receptam in usum fuisse illam structuram, licet meliores scriptores ab ea sibi abstinendum existimaverint. Quare nec h. l. si quis indicativum, quem rationes criticae suadere videntur, receperit, magnopere ego repugnabo. Apud Jacobum autem cap. I, 2. duorum tantum codd. fide futurnm nititur. Praesens indicativi post voc. ὅταν in editionibus N. T. non exstat, sed in codd. passim reperitur, ut Marc. XI, 25. XIII, 4. Luc. XI, 2. 21. Rom. II, 14. 1. Cor. III, 4. Quibus locis quid faciendum sit, nunc

non ausim definire. Nam neque a librorum auctoritate satis commendationis indicativus habet, nec aliorum scriptorum exemplis praesentis usum licet confirmare.

Sequitur, ut de indicativo post particulas ἕως, ἄχρι, μέχρι paucis dicamus. Ac praeterita quidem indicativi tempora etiam Graeci iisdem voculis consociant, tum quidem, cum refertur res vere facta. In qua re perinde est, utrum ἕως *donec* significet, an *quamdiu*. Xenoph. Cyr. VI, 3, 15. ed. Weisk. *οἱ δ' ἄλλοι — ἐκπεπληγμένοι ἦσαν τῷ πράγματι· ἕως ὁ Κῦρος εἶπεν κ. τ. λ.* Eurip. Hec. 16. *ἕως μὲν οὖν γῆς ὄρθ' ἔκειθ' ὁρίσματα κ. τ. λ.* Plura exempla vide apud Fischer. ad Weller. III, b. p. 85. Hoogeveen. de part. p. 308. ed. Schütz. Ita saepissime in N. T. Matth. II, 9. *ὁ ἀστὴρ — προῆγεν αὐτούς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον.* Act. VII, 18. *ἄχρις οὗ ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος.* Adde Matth. I, 25. XIII, 33. XXIV, 39. Luc. XVII, 27. Ioh. IX, 18. Act. XXI, 26. Quae omnia legi linguae graecae optime conveniunt. Nec minus convenit illa earundem vocularum structura, ubi subiicitur praesens indicativi, ita quidem, ut indicetur res certa et hoc ipso, quo loquimur, tempore praesens. Cf. Buttm. gr. gr. §. 133. 3. Hoogeveen. l. l., qui duo attulit huiusmodi exempla. Alia indicavit Baehr. ad Plutarch. Philop. c. VI, p. 22. Quibus locis omnibus ἕως significat *quamdiu*, *dum*. E N. T. haec notavi: Matth. V, 25. *ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ, ἕως ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ*, ubi non placet, quod Fritzsch. edidit: *ἕως ὅτου ᾖ ἐν τῇ ὁδῷ*, omisso *μετ' αὐτοῦ*. Nam quod in quibusdam libris *μετ' αὐτοῦ* ante *ἐν τῇ ὁδῷ* collocatum, in uno cod. autem prorsus omissum est, neminem mirum habebit,

qui, quonam illud ponatur loco, imo, utrum addatur, an omittatur, nihil ad sensum referre, eamque proclivem ad errandum viam fuisse, meminerit. Coniunctivum autem cur reciperet, nulla prorsus causa erat. Neque enim hoc dicere Jesus vult: *redi in gratiam cum adversario tuo, antequam ille se in viam det*, sed hoc significat: *redi in gratiam cum adversario tuo, dum in via cum eo es*. Nam hominem animo informavit, qui iam in via sit cum adversario suo. Verum est, neque hoc loco neque aliis similibus ἕως proprie notare *dum*, sed eandem, quam alibi, hic quoque habet significationem. Scilicet duobus modis ἕως usurpatur. Aut enim actio verbi primarii antecedit actionem eius verbi, quod pendet e vocula ἕως, ita ut ab hac demum excipiatur, et absoluta cogitetur eo ipso tempore, quo haec altera incipit. Aut in idem illud tempus incidit, quo altera actio durat. Sed utroque modo ἕως refertur ad finem et extremum temporis terminum, ad quem aliqua res extenditur. Ac priori quidem modo verbum primarium cogitatur usque ad illud temporis momentum durans, quo alterius verbi initium priori finem ponit, ut in illo *ὁ ἀστὴρ προῆγεν αὐτοὺς, ἕως ἐλθὼν ἔστη ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον*. Posteriori autem modo ad finem eius verbi, quod e voc. ἕως pendet, respicitur, ita quidem, ut, antequam hoc finiatur, alterum verbum accidisse debeat. Unde illud ἕως *ὅτου εἶ ἐν τῇ ὁδῷ μετ' αὐτοῦ* proprie explicandum est: *redi cum adversario in gratiam usque eo, quoad in via cum eo es, bis zu dem Punkte, bis zu welchem du unterwegs bist*. Quod ad sensum idem est, ac si dicas *während (so lange) du unterwegs bist*. Eademque ratio est latinae voculae

donec. Joh. IX, 4. *ἐμὲ δεῖ ἐργάζεσθαι τὰ ἔργα τοῦ πέμψαντός με, ἕως ἡμέρα ἐστίν.* XII, 36. *ἕως τὸ φῶς ἔχετε, πιστεύετε εἰς τὸ φῶς.* Hebr. III, 13. *παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον καλεῖται.* Verum etiam tertium quoddam locorum genus in N. T. reperitur, iam a WAHLIO in clavi s. v. ἕως et a WINERO in gramm. N. T. p. 214. indicatum. Etenim etiam tum, cum de re futura sermo est, indicativus voculas *ἕως, ἄχρι, μέχρι* sequitur, et huius quidem aut ipsum tempus futurum, aut praesens futuri sensu adhibitum. Praesentis haec habes exempla: Joh. XXI, 22. *λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· ἐὰν αὐτὸν θέλω μένειν, ἕως ἔρχομαι, τί πρὸς σέ;* quae verba versu sequente repetita sunt. Luc. XIX, 13., ubi homo quidam, iter facturus, pecuniam ad negotiandum servis suis his tradit verbis: *πραγματεύσασθε, ἕως ἔρχομαι*, nisi forte hoc quidem loco ex optimis codd. reponendum est: *ἐν ᾧ.* 1 Tim. IV, 13. *ἕως ἔρχομαι, πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει.* Sperat autem Apostolus, se propediem venturum esse. Futurum ipsum legitur Apoc. XVII, 17. *ὁ γὰρ θεὸς ἔδωκεν εἰς τὰς καρδίας αὐτῶν ποιῆσαι τὴν γνώμην αὐτοῦ — καὶ δοῦναι τὴν βασιλείαν αὐτῶν τῷ θηρίῳ, ἄχρι τελεσθήσονται οἱ λόγοι τοῦ θεοῦ,* quamquam alii libri praebent *τελεσθῶσι* vel *τελεσθῇ*, sequente *τὰ ῥήματα.* Sic etiam Matth. XXVI. 36. *καθίσατε αὐτοῦ, ἕως οὗ ἀπελθὼν προσεύξωμαι ἐκεῖ*, pars codicum exhibet *προσεύξομαι.* Cf. Apoc. VI, 11. His eos addere licet locos, ubi *ἕως πότε* cum futuro legitur. Matth. XVII, 17. *ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν· ὦ γενεὰ ἄπιστος καὶ διεστραμμένη· ἕως πότε ἔσομαι μεθ' ὑμῶν; ἕως πότε ἀνέξομαι ὑμῶν;* quae verba recurrunt Marc. IX, 19. Luc. IX, 41. Similiter praesens indicativi usur-

patum est Ioh. X, 24. *ἐκύκλωσαν οὖν αὐτὸν (τὸν Ἰησοῦν) οἱ Ἰουδαῖοι καὶ ἔλεγον αὐτῷ· ἕως πότε τὴν ψυχὴν ἡμῶν αἴρεις; εἰ σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, εἰπὲ ἡμῖν παῤῥησίᾳ.* Apoc. VI, 10. *καὶ ἔκραξαν φωνῇ μεγάλῃ, λέγοντες· ἕως πότε, ὁ δεσπότης ὁ ἅγιος καὶ ἀληθινὸς, οὐ κρίνεις καὶ ἐκδικεῖς τὸ αἷμα ἡμῶν ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἐπὶ τῆς γῆς;* Haec sane a vulgari dicendi ratione recedunt, nec in promtu nunc habeo similia e Graecorum scriptis exempla. Sed soloecismos tamen non temere dixerim. Nam illorum locorum omnium hoc proprium est, quod de re certa sermo est, quae quando futura sit, certius, quam alias, potest provideri. Sic in Apocalypsis loco *ἄχρι τελεσθῶσι* s. *ἕως ἂν τελεσθῶσι* significaret: *donec peracta fuerint decreta divina*, quod quando futurum sit, experientia docebit. Hoc abest a futuro indicativi, quod simpliciter significat: *donec peragentur.* Eademque ratio est praesentis indicativi pro futuro adhibiti, quod genus dicendi in vernacula lingua usitatissimum est. De *ἕως πότε* cum futuro posito etiam minus dubito, quum ibi cogitetur rei, quae nunc re vera est, continuatio. Confidentissime denique de iis loquor locis, ubi easdem voculas sequitur praesens indicativi, ut in locis allatis Joh. X, 24. Apoc. VI, 10. Hic enim quum de eo ipso dicatur, quod nunc est, vix aliter dici potuit.

§. 5.

De indicativo in locutionibus conditionalibus.

Sequuntur, de quibus dicendum puto, locutiones conditionales. Ac primo quidem quaerendum est de particula *εἰ*, tum de partic. *ἐάν* cum indicativo coniuncta, denique de aliquo dicendi genere, ad locutiones

conditionales in universum spectante. Earum autem locutionum, in quibus εἰ cum indicativo adhibetur, duplex genus est. Quorum prius dicimus id, ubi rem, quae continet conditionem, veram esse sumimus, utrum vera sit, nec ne, nihil curantes. Alterius autem haec ratio est, ut cogitetur conditio, quam sciamus non esse veram. Vid. Hermann. ad Vig. p. 834. Matthiae gramm. uber. §. 508. Buttm. gr. gr. §. 126. Winer. p. 124. sq. Posterioris generis constat propria esse tempora praeterita, h. e. imperfectum, plusquamperfectum, et aoristum, ita quidem, ut in apodosi addatur particula ἄν. De qua re infra copiosius disputabitur. Nunc quae de priore genere videantur observanda, afferamus. Constat autem, hoc sensu v. εἰ cum cuiusvis temporis indicativo consociari posse. Cum praesenti saepissime: Matth. XIX, 10. *εἰ οὕτως ἐστὶν ἡ αἰτία τοῦ ἀνθρώπου μετὰ τῆς γυναικὸς, οὐ συμφέρει γαμῆσαι.* Cum aoristo Ioh. XX, 15. *εἰ σὺ ἐβάστασας αὐτὸν, εἰπέ μοι, ποῦ ἔθηκας αὐτόν*; Cum futuro Matth. XXVI, 33. (Marc. XIV, 29.) *εἰ πάντες σκανδαλισθήσονται ἐν σοὶ, ἐγὼ οὐδέποτε σκανδαλισθήσομαι.* In his omnia ex more dicta sunt: sed multa alia reperiuntur loca, in quibus vocula εἰ ita videtur contra legem istam dicta esse, ut inferat rem certissimam et fere significet *quandoquidem*, eodem modo, ac si ἐπεί vel ὅτι esset adhibitum. Cf. Hoogeveen. de part. p. 225. ed. Schütz. Viger. de idiot. p. 504: ibique Zeun. et Hermann. p. 830. Elmslei. ad Eurip. Med. 87. Wahl. clav. p. 220. Verum est, in huiusmodi locis ad sensum ἐπεί vel ὅτι dici posse, sed tamen aliter res cogitatur, ubi adhibetur εἰ. Retinet enim vim conditionalem, ita quidem, ut veritatis significatio non in par-

ticula lateat, sed in ipso verbornm nexu. Itaque hic quoque, dum uteris vocula *εἰ*, utrum res vera sit, nec ne, nihil curas, sed veram esse, e praegressis verbis vel etiam ex ipsa rei natura intelligitur. Rom. VIII, 17. *αὐτὸ τὸ πνεῦμα μαρτυρεῖ τῷ πνεύματι ἡμῶν, ὅτι ἐσμὲν τέκνα θεοῦ· εἰ δὲ τέκνα, καὶ κληρονόμοι.* Matth. VI, 30. *εἰ δὲ τὸν χόρτον τοῦ ἀγροῦ ὁ θεὸς οὕτως ἀμφιέννυσι, οὐ πολλῷ μᾶλλον ὑμᾶς;* Ioh. XIII, 14. *εἰ οὖν ἐγὼ ἔνιψα ὑμῶν τοὺς πόδας, ὁ κύριος καὶ ὁ διδάσκαλος, καὶ ὑμεῖς ὀφείλετε ἀλλήλων νίπτειν τοὺς πόδας,* ubi si dictum esset *ἐπεί*, ad ipsius rei veritatem respiceretur. Particula *εἰ* autem ad solam ipsarum enunciationum rationem spectat. Adde Act. XI, 17. Rom. V, 15. 17. 1 Cor. IX, 11. Hebr. II, 2. Ad rem confirmandam inprimis aptus est locus Ioh. XV, 20. *εἰ ἐμὲ ἐδίωξαν, καὶ ὑμᾶς διώξουσιν. εἰ τὸν λόγον μου ἐτήρησαν καὶ τὸν ὑμέτερον τηρήσουσι,* ubi priorem sententiae partem cum veritate convenire, alteram non convenire, abunde docet historia. Bene de h. l. disseruit FRITZSCH. in dissert. II. ad Corinth. II. p. 68. et post illum WINER. in gramm. p. 125. cf. locus huic simillimus Matth. X, 25.

Alia quaestio est de negatione voculae *εἰ* subiungenda. Cui particulae cum ita propriam negationem *μή* putasset ELMSLEJUS (in Museo Cantabr. et ad Eurip. Med. 87.), ut *εἰ οὐ* pro soloecismo haberet, damnatae formulae patronus et defensor prodiit HERMANNUS ad Vig. p. 833., in censura Medeae ab Elmslejo editae ad l. l. p. 344. ed. Lips. et ad Soph. Oed. Col. 596. Docuit autem vir summus, tum voc. *εἰ* subiectum habere *οὐ*, ubi negatio cum verbo coniuncta, notionem praebeat negativam, ut in Medeae loco, ubi *οὐ στέργει* dictum sit

pro *μισεῖ*. Hanc eandem legem etiam N. T. scriptores secutos esse, contendit Fritzsch. ad Matth. XXVI, 42. p. 776. At ut de Graecis recte ita statuatur, apud sacros certe scriptores aliter res habet. Quod tantum abest, ut ita intelligi velim, quasi nunquam illos *εἰ οὐ* dixisse doceam, ut fere ubique ita eos locutos esse contendam. Concedendum quidem est, magnam exemplorum partem ad legem istam revocari posse. Ita Matth. XXVI, 42. *πάτερ μου, εἰ οὐ δύναται τοῦτο τὸ ποτήριον παρελθεῖν ἀπ' ἐμοῦ, ἐὰν μὴ αὐτὸ πίω, γενηθήτω τὸ θέλημά σου*, licebit cum Fritzschio *εἰ οὐ δύναται* explicare *εἰ ἀδύνατόν ἐστι*. Eodemque modo Ioh. V, 47. *εἰ οὐ πιστεύετε* pro *εἰ ἀπιστεῖτε*· 1 Cor. VII, 9. *εἰ οὐκ ἐγκρατεύονται* pro *εἰ ἀκρατεύονται*· 1 Tim. III, 5. *εἰ οὐκ οἶδε* pro *εἰ ἀγνοεῖ*· (cf. V, 8.) dictum putare poteris. Nec si quis Rom. VIII, 9. *εἰ δέ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει*. ib. XI, 21. *εἰ ὁ θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο*. 2 Petr. II, 4. 5. *εἰ γὰρ ὁ θεὸς ἀγγέλων ἁμαρτησάντων — καὶ ἀρχαίου κόσμου οὐκ ἐφείσατο*, huc retulerit, vehementer contradicam, quum in *οὐκ ἔχει carendi*, in *οὐκ ἐφείσατο puniendi* notio insit. Cf. etiam Luc. XIV, 26. XVI, 31. Ioh. III, 12. X, 35. 2 Thess. III, 10. 14. Iac. III, 2. 2 Ioh. 10., quamquam ne his quidem locis alterum pro altero temere positum crediderim. Sed plurima restant loca, quae nullo modo hanc interpretationem admittere videantur. Luc. XI, 8. *εἰ καὶ οὐ δώσει αὐτῷ ἀναστὰς διὰ τὸ εἶναι αὐτοῦ φίλον, διά γε τὴν ἀναίδειαν αὐτοῦ ἐγερθεὶς δώσει αὐτῷ, ὅσων χρήζει*, ubi illud *οὐ* non ad *δώσει* simpliciter refertur, sed simul ad verba *διὰ τὸ εἶναι αὐτοῦ φίλον* pertinet. Luc. XII, 26. *εἰ οὖν οὔτε ἐλάχιστον δύνασθε, τί περὶ*

τῶν λοιπῶν μεριμνᾶτε; ubi corrigendum est *εἰ οὖν οὐδέ*, quod legitur in uno cod. WETSTENII, cuius mentionem non fecit GRIESBACH. *). Luc. XVI, 11. *εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει*; ibid. vs. 12. *εἰ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει*; XVIII, 4. *εἰ καὶ τὸν θεὸν οὐ φοβοῦμαι, καὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι, διά γε τὸ παρέχειν μοι κόπον τὴν χήραν ταύτην, ἐκδικήσω αὐτήν*, quo loco verba *οὐ φοβοῦμαι, οὐκ ἐντρέπομαι* non prorsus idem significant, ac si quis dicat *contemno*, quod multo esset gravius. Ioh. I, 25. *τί οὖν βαπτίζεις, εἰ σὺ οὐκ εἶ ὁ Χριστὸς, οὔτε Ἠλίας, οὔτε ὁ προφήτης*; X, 37. *εἰ οὐ ποιῶ τὰ ἔργα τοῦ πατρός μου, μὴ πιστεύετέ μοι· εἰ δὲ ποιῶ, κἂν ἐμοὶ μὴ πιστεύητε, τοῖς ἔργοις πιστεύσατε.* 1 Cor. XVI, 22. *εἴ τις οὐ φιλεῖ τὸν κύριον — ἤτω ἀνάθεμα*, quod si quis explicare vellet *εἴ τις μισεῖ τὸν κύριον*, vehementer erraret. Nam eum ipsum, qui caret amore dei, execratione dignum pronunciat Apostolus. Odio ad id ne opus quidem est. Adde 1 Cor. IX, 2. XI, 6. XV. 13. 14. 15. 16. 17. 29. 32. Iac. II, 11. Apoc. XX, 15. Ex quorum locorum comparatione neque in eo quidquam discriminis quaerendum esse apparebit, utrum rem certam contineat conditio, an incertam. Talia igitur cum HERMANNI regula (vide etiam REISIGII verba ab Elmsleio allata) vix conciliari posse videntur. Nisi forte non

---

*) WAHL. cl. s. v. *οὔτε*, ut etiam *οὔτε* in N. T. *ne quidem* significare demonstraret, praeter hunc locum attulit Marc. III, 5. 1 Cor. III, 2. Sed ap. Marc. l. c. nihil huiusmodi legitur, secundo autem loco iam GRIESBACH. e plurimis optimisque codd. *οὐδέ* reposuit.

ita urgendum est, quod vir summus posuit exemplum verborum *οὐ στέργει* pro *μισεῖ* dictorum. Nam si negativam, quam dicit, notionem non hoc modo accipi voluit, ut intelligatur notio simplici verbo contraria, sed ita, ut contradictoria, quam logici vocant, notio cogitetur, quae nil nisi simplicem negationem notioni affirmativae addit, tum pleraque ex iis, quae attulimus, locis cum lege illa convenire concedam, modo etiam hoc sumatur, non cum solo verbo ubique negationem coniungendam esse, sed etiam cum iis, quae ad verbum proxime pertineant. Sic Luc. XI, 8. comprehendenda sunt *δώσει διὰ τὸ εἶναι αὐτοῦ φίλον*. XVI, 11. *πιστοὶ ἐγένεσθε*. etc. Sed omnia tamen exempla ne sic quidem commode ad istam regulam revocari possunt. Ceterum negari nequit, etiam *εἰ μή* in N. T. inveniri, sed tum demum invenitur, ubi aliter vix dici potuit. Ac primo quidem adhibetur, ubi significari debet *nisi*: Luc. IX, 13. *οὐκ εἰσὶν ἡμῖν πλεῖον ἢ πέντε ἄρτοι καὶ ἰχθύες δύο, εἰ μήτι πορευθέντες ἡμεῖς ἀγοράσομεν**) *εἰς πάντα τὸν λαὸν τοῦ-*

---

*) Libri optimi coniunctivum *ἀγοράσωμεν* exhibent. Aliud coniunctivi exemplum est 1 Cor. XIV, 5. *μείζων γὰρ ὁ προφητεύων, ἢ ὁ λαλῶν γλώσσαις, ἐκτὸς εἰ μὴ* (de h. formula vid. WAHL. in clav. s. v. *εἰ μή*) *διερμηνεύῃ*, ubi perpauci tantum codd. indicativum suppeditant. Credas ad latini sermonis similitudinem coniunctivum adhibitum esse, quod quaeritur utrum ad ipsos scriptores, an ad librarios referendum sit. Posterius videtur veri similius (vid. supra p. 16.), quamquam neque contrariam rationem prorsus dixerim incredibilem. Lucae locum c. commemoravit etiam FRITZSCH. coniect. p. 25., qui citat HERMANN. ad Soph. Antig. 706. Sed tum demum *εἰ* cum coniunctivo apud Atticos coniungi docet Hermannus, ubi in ipsa conditione maior vis sit. Vide eundem ad Soph. O. R. 199. 867. 1055. Aiac. 491. O. C. 1445. Hoc autem a nostris locis pariter atque ab altero loco a Fritzschio allato

τον βρώματα. Marc. VI, 5. καὶ οὐκ ἠδύνατο ἐκεῖ οὐδεμίαν δύναμιν ποιῆσαι, εἰ μὴ ὀλίγοις ἀῤῥώστοις ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας ἐθεράπευσε, quod SCHOTT. recte ad sensum vertit *nisi quod*. Similiter Gal. I, 6. 7. Sed Ephes. IV, 9. εἰ μὴ ὅτι habes. 2 Cor. XIII, 5. ἢ οὐκ ἐπιγινώσκετε ἑαυτοὺς, ὅτι Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν ὑμῖν ἐστιν; εἰ μήτι ἀδόκιμοί ἐστε. Sed etiam alio modo εἰ μή in N. T. usurpatur, ita quidem, ut negatio praegressae alicui sententiae affirmativae opponatur. Quam oppositionem et alibi causam esse, ut pro οὐ dicatur μή, observavit HERMANN. ad Med. l. l. Nec quae sit huius rei ratio, obscurum erit ei, qui in tali oppositione multo magis exseri negationis vim, reputaverit. Apud scriptores sacros plerumque ita adhibetur elliptica formula εἰ δὲ μή. Ioh. XIV, 11. πιστεύετέ μοι, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοὶ· εἰ δὲ μὴ, διὰ τὰ ἔργα αὐτὰ πιστεύετέ μοι. Matth. VI, 1. προςέχετε τὴν δικαιοσύνην ὑμῶν μὴ ποιεῖν ἔμπροσθεν τῶν ἀνθρώπων, πρὸς τὸ θεαθῆναι αὐτοῖς· εἰ δὲ μήγε, μισθὸν οὐκ ἔχετε παρὰ τῷ πατρὶ ὑμῶν τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Matth. IX, 17. Luc. XIV, 32. Apoc. II, 5.*). Plena enunciatio legitur 1 Tim. VI, 2. 3. ταῦ-

---

Apoc. XI, 5. plane abhorrere, non est, quod moneam. At ubi εἰ notat *an*, recte sequitur coniunctivus, ut Phil. III, 12. οὐχ ὅτι ἤδη ἔλαβον, διώκω δὲ, εἰ καὶ καταλάβω, ἐφ' ᾧ καὶ κατελήφθην ὑπὸ Χριστοῦ. cf. vs. 11.

*) Pertinet huc etiam l. Luc. XIII 9. κύριε, ἄφες αὐτὴν (τὴν συκῆν) καὶ τοῦτο τὸ ἔτος, ἕως ὅτου σκάψω περὶ αὐτὴν καὶ βάλω κόπρια· κἂν μὲν ποιήσῃ καρπόν· εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. De omissa post voc. κἂν apodosi cf. LAMB. BOS. ellips. gr. p. 803. ed. Schaefer. GREGOR. CORINTH. p. 47. sqq. ed. Schaefer. et ad utrumque editores. FRITZSCH. in Coni. I. p. 25., qui bene etiam explicuit, qui fiat, ut post ἐάν saepe non ἐὰν μή adhibeatur, sed εἰ μή. Locus

τα δίδασκε καὶ παρακάλει· εἴ τις ἑτεροδιδασκαλεῖ καὶ μὴ προςέρχεται ὑγιαίνουσι λόγοις τοῖς τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ — τετύφωται, μηδὲν ἐπιστάμενος κ. τ. ἑ. Huic legi non repugnat loc. Marc. XI, 25. 26. ὅταν στήκητε προςευχόμενοι, ἀφίετε, εἴ τι ἔχετε κατά τινος; ἵνα καὶ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφῇ ὑμῖν τὰ παραπτώματα ὑμῶν. Εἰ δὲ ὑμεῖς οὐκ ἀφίετε, οὐδὲ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς ἀφήσει τὰ παραπτώματα ὑμῶν. Neque enim in negatione h. l. primaria vis posita est, sed in pronomine ὑμεῖς, cui opponitur ὁ πατὴρ ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Sed re vera repugnare videntur, quae leguntur Act. XXV, 11. εἰ μὲν γὰρ ἀδικῶ, καὶ ἄξιον θανάτου πέπραχά τι, οὐ παραιτοῦμαι τὸ ἀποθανεῖν· εἰ δὲ οὐδέν ἐστιν, ὧν οὗτοι κατηγοροῦσί μου, οὐδείς με δύναται αὐτοῖς χαρίσασθαι. Quae nescio, an non explicari possint nisi ex inconstantia quadam ipsorum N. T. scriptorum. Similiter οὐ adhibitum est, ubi non integrae sententiae, sed singulae notiones sibi opponuntur. Gal. II, 14. εἰ σὺ Ἰουδαῖος ὑπάρχων, ἐθνικῶς ζῇς, καὶ οὐκ ἰουδαϊκῶς, πῶς

---

simillimus est Luc. X, 6. Καὶ ἐὰν ᾖ ἐκεῖ υἱὸς εἰρήνης, ἐπαναπαύσεται ἐπ᾽ αὐτὸν ἡ εἰρήνη ὑμῶν· εἰ δὲ μήγε, ἐφ᾽ ὑμᾶς ἀνακάμψει, pro quo apud Matth. X, 13. in eadem re dictum est ἐὰν δὲ μή. Graecorum exempla vide apud Grammaticos modo citatos. Conferri etiam potest l. Apoc. II, 5. μετανόησον καὶ τὰ πρῶτα ἔργα ποίησον· εἰ δὲ μή, ἔρχομαί σοι ταχὺ, καὶ κινήσω τὴν λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. Luc. VI, 32. sqq. καὶ εἰ ἀγαπᾶτε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τοὺς ἀγαπῶντας αὐτοὺς ἀγαπῶσι. Καὶ ἐὰν ἀγαθοποιῆτε τοὺς ἀγαθοποιοῦντας ὑμᾶς, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; καὶ γὰρ οἱ ἁμαρτωλοὶ τὸ αὐτὸ ποιοῦσι· καὶ ἐὰν δανείζητε, παρ᾽ ὧν ἐλπίζετε ἀπολαβεῖν, ποία ὑμῖν χάρις ἐστί; κ. τ. λ. Licebat enim talia utrovis modo cogitare.

τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις ἰουδαΐζειν; Iac. I, 23. *εἴ τις ἀκροατὴς λόγου ἐστὶ, καὶ οὐ ποιητὴς κ. τ. λ.* *)

Secundo loco quaerendum diximus de vocula *ἐάν* cum indicativo coniuncta. Huiusmodi exemplum notavit WINER. gr. p. 126. ex 1 Ioh. V, 15. *ἐὰν οἴδαμεν, ὅτι ἀκούει ἡμῶν, ὃ ἐὰν αἰτώμεθα, οἴδαμεν, ὅτι ἔχομεν τὰ αἰτήματα, ἃ ᾐτήκαμεν παρ' αὐτοῦ*, ubi indicativum omnium librorum consensus tuetur. Praeter hunc plures reperiuntur loci, in quibus certe pars codicum pro eodem pugnat. Sic Luc. XI, 12. *ἐὰν αἰτήσῃ ὠὸν, μὴ ἐπιδώσει αὐτῷ σκορπίον*; alii *αἰτήσει*, Ioh. VIII, 36. *ἐὰν*

*) Consulto omisimus locum Tit. I. 5. *τούτου χάριν κατέλιπόν σε ἐν Κρήτῃ, ἵνα — καταστήσῃς κατὰ πόλιν πρεσβυτέρους, ὡς ἐγώ σοι διεταξάμην, εἴ τις ἐστὶν ἀνέγκλητος, μιᾶς γυναικὸς ἀνὴρ, τέκνα ἔχων πιστὰ, μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας ἢ ἀνυπότακτα.* Idem enim est, ac si dictum esset: *μὴ ὢν ἐν κατηγορίᾳ κ. τ. λ.* Sed quaeri potest, quae ratio sit eorum locorum, ubi *εἰ* ita iunctum est praeteritis indicativi, ut cogitetur res non vere facta. Hic quidem fere semper negationem *μή* videmus subiectam, sed ita tamen, ut haec quoque loca ad propositas regulas videantur revocari posse. Aut enim negationis ad sententiam affirmativam oppositio est, qualis est loc. Ioh. XIV, 2. *ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν· εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν ὑμῖν.* Aut verti potest *nisi*, cuiusmodi plurima reperiuntur exempla. Matth. XXIV, 22. et Marc. XIII, 20. *εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ·* Ioh. IX, 33. *εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν.* Adde XVIII, 30. XIX, 11. Act. XXVI, 32. Rom. VII, 7. IX, 29. Quamquam de quibusdam dubitare licet. Ioh. XV, 21. *εἰ τὰ ἔργα οὐκ ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον. νῦν δὲ ἑωράκασι καὶ μεμισήκασι καὶ ἐμὲ καὶ τὸν πατέρα μου*, ubi urgendum potius videtur *μή* propter sequentem sententiam affirmativam. SCHOTTUS tamen *nisi* vertere non dubitavit. Cf. etiam vs. 23. Contra *εἰ οὐ* dictum vides, ubi nullo modo explicari potest *nisi*. Matth. XXVI, 24. et Marc. XIV, 21. *καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.*

οὖν ὁ υἱὸς ὑμᾶς ἐλευθερώσῃ, ὄντως ἐλεύθεροι ἔσεσθε, alii ἐλευθερώσει, Rom. XV, 24. ἐὰν πορεύωμαι εἰς τὴν Σπανίαν, ἐλπίζω διαπορευόμενος θεάσασθαι ὑμᾶς, alii πορεύομαι vel πορεύσομαι exhibent. Sed his locis omnibus facilior fuit modorum confusio, quae 1 Ioh. V, 15. non oriri potuit, nisi forte e scripturae aliquo compendio. Quaestio igitur est, an certe illud οἴδαμεν ipsi auctori tribuendum sit. Recentissimi Graeci ἐάν haud raro cum indicativo construunt, ibi maxime, ubi cum vocula καί coaluit in κἄν. Vide Hermann. ad Viger. p. 822. Schaefer. in appendice ad Bastii epist. crit. p. 26. et in edit. Aristoph. Pluti p. XXXVIII. sq. Quodsi quis ad usum N. T. confirmandum non recentissimorum, sed aequalium scriptorum exempla requiri credat, in mentem velim sibi revocet, non eodem, quo graecos illius temporis scriptores, librorum sacrorum auctores in scribendo usos esse sermone, sed eo, quem quotidiana suppeditaret dicendi consuetudo. Unde nonnulla apud hos reperiri consentaneum est, quae illorum exemplis haud liceat comprobare. In vulgari autem sermone, qui solet in usurpandis verborum modis paulo negligentior esse, iam tum in usu fuisse eam, de qua agimus, structuram, non est, quod negemus. Et ad id quidem demonstrandum etiam recentissimae illa Graecitatis exempla aliquid faciunt. Nam quas apud hosce scriptores offendimus orationis maculas, eas iam antea in usum vulgarem dudum fuisse intromissas, et hinc demum, labente antiquo elegantiae studio, in ipsos libros sensim irrepsisse, admodum videtur veri simile. Unde idem in vocula ἐάν factum esse, haud inepte coniicias. Quodsi recte in N. T. indicativus ille

videatur defendi, mirum tamen dicas, non plura in libris sacris eiusmodi inveniri exempla. Sed credere licet, ipsis scriptoribus sacris parum fuisse hunc usum probatum, neque in Iohannis locum, nisi negligentia quadam auctoris esse admissum, id quod tanto est probabilius, quia ille locus Iohannis est, qui styli elegantiam omnium minime videtur curasse.

Reliquum est, ut quaedam subiiciam ad locutiones conditionales in universum spectantia. Neque vero repetere hic placet, quae a viris doctis probabiliter sunt de iis locutionibus disputata, quae cum proprie conditionales sint, tamen propter apodosis defectum aut in imprecationis vel iurisiurandi formulam abierunt, aut optationi inservire creditae sunt *). Cf. FRITZSCH. in

*) Non erat, quod FRITZSCHIUS l. l. p. 27. tam duris verbis increparet WAHLIUM, qui Luc. XIX, 42. XXII, 42., quamvis εἰ optantis esse contenderet, tamen apodosin cogitatione dixerat addendam (vid. clav. phil. p. 222.). Quamquam enim εἰ *utinam* his locis significare, et ipse nego (nam certe ex Graecorum lege priore loco εἴθε dicendum, posteriore autem, ut bene monuit FRITZSCHIUS, optativo opus fuisset), illud tamen, quod ad locutiones conditionales etiam τὰς εὐκτικὰς ab εἰ incipientes referendas existimavit, non male fecisse videtur, suaeque opinionis assensorem et auctorem habuit SCHAEFERUM ad Lamb. Bos. ellips. p. 806. Eamque rem ipsa confirmat voculae constructio, quae eadem est, sive ad optandum adhibeatur, sive simplicem inducat conditionem. Nec illud mirum te habere poterit, quod εἰ optantis nunquam cum praesenti indicativi tempore coniunctum est. Haec enim mere logica est locutio et quae ab optatione prorsus videatur abhorrere. Verum tamen haec non ita volo intelligi, quasi dicam, ubicunque aliquis in optando usus sit particula εἰ, etiam apodosin mente subintellexisse. Sed ad originem locutionis explicandam ista pertinent. — Ceterum quod idem Fritschius l. c. p. 32. ex Matth. IX, 6. attulerat aposiopesis exemplum, in eo non

coni. p. 22 — 32. et quos ille citat, GESENIUM in libro: *Lehrgebäude der hebr. Sprache*, p. 844. 3., et BORNEMANNUM in S. V. ROSENMUELLERI Repert. bibl. exeget. T. II. p. 269. Sed aliud est locutionum genus, a superiore illo ita diversum, ut in hoc non apodosis omittatur, sed protasis, antecedente particula *ἐπεί*: de quo ut paucis nunc dicam, praesens causa efflagitat. Quaeritur enim in eo genere de ipso indicativi usu, qui an ex more positus sit in tali sententia: *μὴ ἄδικος ὁ θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; μὴ γένοιτο· ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον;* (Rom. III, 6.) is dubitare poterit, qui non accurate harum locutionum perspexerit naturam. Sed et Graecis hic usus frequens est, nec legi grammaticae ullo modo repugnat. Vid. HOOGEVEEN. de part. p. 281. ed. Schütz. ZEUN. ad Vig. p. 402. STALLBAUM. ad Plat. Eutyphr. p. 57. Ac primo quidem tenendum est, *ἐπεί* per se minime significare *alioquin*, ut vulgo interpretantur (v. c. WETSTEN. ad Rom. III, 6. XI, 6. KOPP. ad eund. l. POTT. ad 1 Cor. V, 10. VII, 14.), sed, ut alibi, ita hic quoque valere *nam*, cf. POPPO in indice ad Lucian. D. D. p. 130 *). Nam subaudienda est post voc.

---

vere omissam esse apodosin, postea ad Matthaei locum recte ipsa observavit. cf. Ioh. I. 22. De vocula *τότε* autem sententiam non mutavit. Sed ut optime dicatur *τόδε*, ferri tamen etiam *τότε* potest, hoc sensu: *tum iam ad paralyticum orationem dirigit*, quae verba parenthesi includenda esse, sponte intelligitur.

*) Saepe etiam in N. T. hoc sensu *ἐπεί* reperitur, ut Hebr. IX, 17. *ἐπεὶ μήποτε ἰσχύει (ἡ διαθήκη), ὅτε ζῇ ὁ διαθέμενος;* ubi necessario post *διαθέμενος* ponendum est signum interrogationis, quod cum in quibusdam codd. legatur, iure mireris ab editoribus prorsus esse neglectum. Neque enim facile consentias editori novissimo,

ἐπεί enunciatio conditionalis, qua repetatur ea, quae praecessit, sententia, ita quidem, ut sententiam affirmativam conditio negativa, sententiam negativam affirmativa sequatur conditio. Hinc etiam de indicativo voculae *ἐπεί* subiecto facile poterit iudicari. Apparet enim, enunciationis ab illa voce incipientis eandem esse rationem, quam quae est apodosis ratio in locutione conditionali. Quare quibuscunque in hac apodosi locus est modis temporibusque, iisdem locus etiam est in illa, quam diximus, enunciatione. Sed tum demum horum cuique locum esse intelligitur, si protasin cogitare liceat, illi, quam apodosis habet, modo et tempori bene congruentem. Itaque simplex indicativus primo quidem ibi recte sequitur voculam *ἐπεί*, ubi protasis suppleri potest, eundem indicativum admittens. Referendus huc est, quem supra citavimus l. Rom. III, 6. *μὴ ἄδικος ὁ θεὸς ὁ ἐπιφέρων τὴν ὀργήν; μὴ γένοιτο· ἐπεὶ πῶς κρινεῖ ὁ θεὸς τὸν κόσμον;* Supplere enim licet: *εἰ ἄδικός ἐστιν ὁ θεός.* Nam quod HOOGEVEEN. de part. p. 282. ed. Schütz. supplendum dicit: *εἰ ὁ θεὸς ἄδικος εἴη*, id soloecum esse, hodie omnes sciunt. Aliud huiusmodi exemplum est Rom. XI, 6. *καὶ ἐν τῷ νῦν χρόνῳ λεῖμμα κατ' ἐκλο-*

---

qui cum scriberet: „*Μήποτε* i. q. „*nondum*“ (aliter affuit 2, 1. 3, 12.) rectius quam: „*οὔποτε*“ s. „*οὔπω*“, quod habetur 2, 8. 12, 4. noster h. l. dixit, significans, prorsus vel cavendum, ne quis indicet, vel negandum, valere testamentum testatore adhuc vivo“ duobus modis erravit. Nam nec negationem recte explicuit, nec vim annexae voculae *ποτέ* intellexit, cum verteret *nondum*, quod esset *μήπω*. Imo vertendum est *num unquam*. Vocula *μή* autem etiam in N. T. saepissime in tali adhibetur interrogatione, qua simul, negandum esse, quod interrogatur, significare volumus.

γὴν γέγονεν· εἰ δὲ χάριτι, οὐκέτι ἐξ ἔργων. ἐπεὶ ἡ χάρις οὐκέτι γίνεται χάρις· quod plene diceretur: *ἐπεὶ, εἰ ἐξ ἔργων γίνεται ἡ χάρις, οὐκέτι γίνεται χάρις.* Unde simul apparet, male textui consuluisse KNAPPIUM, cum reciperet, quae in quibusdam libris post haec verba leguntur: *εἰ δὲ ἐξ ἔργων, οὐκέτι ἐστὶ χάρις· ἐπεὶ τὸ ἔργον οὐκέτι ἐστὶν ἔργον*, iure a GRIESBACHIO omissa. Nam quae his verbis expressa est sententia, iam praecedente commate tota continetur. At dicat aliquis, non posse his locis protasin cogitari cum praesenti indicativi, sed praeteritum requiri, ut in re, quam, qui loquitur, non veram esse sciat. Quae si vere monerentur, etiam apodosis postularet praeteritum, ut: *πῶς ἂν ἔκρινε μετὰ ταῦτα ὁ θεὸς τὸν κόσμον (πῶς ἂν ἔμελλε κρινεῖν τ. κ.), ἡ χάρις οὐκέτι ἂν ἐγίνετο (ἦν) χάρις.* Sed etsi rectissime praeteritum adhiberi potuit, tamen et tali modo rem cogitare licuit, ut recte poneretur *εἰ* cum praesenti. Verum est, de contrario auctori persuasum esse. Sed id nunc missum facit, et ita rem profert, ut eam sumat veram esse. Confirmat rem l. 1 Cor. XV, 29. *ἐπεὶ τί ποιήσουσιν οἱ βαπτιζόμενοι ὑπὲρ τῶν νεκρῶν, εἰ ὅλως νεκροὶ οὐκ ἐγείρονται;* ubi quamvis de futura mortuorum resurrectione persuasissimum esset Apostolo, id quod paulo ante aperte ipse declaraverat, tamen de re contraria *εἰ* cum praesenti adhibere non dubitavit. Neque Graeci aliter locuti sunt: Lucian. Timon. 9. *καὶ μὴν οὐ παροπτέος ἀνὴρ οὐδὲ ἀμελητέος· εἰκότα γὰρ ἂν ἠγανάκτει δυστυχῶν, ἐπεὶ καὶ ὅμοια ποιήσομεν τοῖς καταράτοις κόλαξιν ἐκείνοις.* Sextus Empir. adv. Log. I, 374. *ἔτι τὸ μὲν ζῶον οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος· ἐπεὶ πᾶν ζῶον ἔσται ἄνθρωπος.* Similis eorum locorum ratio est, in quibus

vocem ἐπεί sequitur optativus cum particula ἄν *). Aristoph. Nub. 689.

Σω. Ἀλλ᾽, ὦ πόνηρε, ταῦτά γ᾽ ἔστ᾽ οὐκ ἄῤῥενα.
Στρ. Οὐκ ἄῤῥεν᾽ ὑμῖν; Σω. Οὐδαμῶς γ᾽, ἐπεὶ
Πῶς ἂν καλέσειας ἐντυχὼν Ἀμυνίᾳ;

Lucian. D. D. IV, 4. Γαν. Τί λέγεις; οὐ γὰρ κατάξεις με ἤδη ἐς τὴν Ἴδην τήμερον; Ζεύς. Οὐδαμῶς, ἐπεὶ μάτην ἀετὸς ἂν εἴην ἀντὶ θεοῦ γεγενημένος, ubi de partic. ἄν vid. POPPO. Plat. Eutyphr. p. 9. B. Ἀλλ᾽ ἴσως οὐκ ὀλίγον ἔργον ἐστὶν, ὦ Σώκρατες, ἐπεὶ πάνυ γε σαφῶς ἔχοιμι ἂν ἐπιδεῖξαί σοι. Ad quem locum STALLBAUM. bene refutavit FISCHERUM, et hoc loco et similibus omnibus εἰ μή cum imperfecto indicativi suppleri iubentem. Sed quod vir praestantissimus, ubicunque ἐπεί verti possit *alioquin*, praeteritum indicativi in ipsa apodosi requiri dicit, id nescio an non sit verum. Nam ad sensum illa omnia, quae attulimus exempla, hanc versionem admittunt. Neque illud probari posse videtur, quod protasin non e superioribus supplendam, sed propter sequentia verba omissam putat. Scribit enim pag. 58: „Equidem ἐπεί interpretor *nam*, atque Eutyphronem existimo sententiam aliquam addere voluisse, veluti hanc: εἰ μὴ πάνυ δυςμαθὴς εἴης, vel huic similem, sed a Socrate, qui, quid dicturus esset homo superbissimus, ex ipso eius ore et vultu cognosceret, interpellatum esse verbis Μανθάνω· ὅτι σοι δοκῶ κ. τ. λ.“ At

*) In N. T. neque post v. ἐπεί, neque in plena enunciatione conditionali optativus cum part. ἄν reperitur. Sed in protasi paucis quibusdam locis simplex optativus invenitur. Vid. WINER. gr. p. 125. De quibus locis, quae non eiusdem omnia generis sunt, alio loco dicetur.

ingens obstat exemplorum copia, quae si ad hanc normam volueris omnia redigere, operam facile perdideris. Imo ut alias, ita his quoque locis protasis e superioribus repetenda, verbum autem, in protasi obvium, eo, quem apodosis flagitat, modo, h. e. optativo ponendum est. Quem pariter atque indicativum praesentis propria sua vi et omissa opinionis nostrae de veritate contrarii significatione dici, manifestum est. At verendum est, ne, quae hucusque disputavimus, collabi prorsus faciant hi duo loci: 1 Cor. V, 10. *ἔγραψα ὑμῖν — μὴ συναναμίγνυσθαι πόρνοις· καὶ οὐ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου τούτου, ἢ τοῖς πλεονέκταις, ἢ ἅρπαξιν, ἢ εἰδωλολάτραις· ἐπεὶ ὀφείλετε ἄρα ἐκ τοῦ κόσμου ἐξελθεῖν.* et 1 Cor. VII, 14. *ἡγίασται γὰρ ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ γυναικὶ, καὶ ἡγίασται ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί· ἐπεὶ ἄρα τὰ τέκνα ὑμῶν ἀκάθαρτά ἐστι· νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν.* Ac priori loco nemo non offendet in verbo *ὀφείλετε*. Protasis enim sic esset constituenda: *εἰ γὰρ ἔγραψα πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου — μὴ συναναμίγνυσθαι*, ut in suspenso relinqueretur, utrum hoc scripserit Apostolus, nec ne: quod ineptum foret. Itaque reponendum est ex cod. Alexandrino aliisque plurimis *ὠφείλετε*, quod dici potuit omissa voc. *ἂν* (vid. infra §. 9.). Nisi forte vulgatam scripturam ita defendere malis, ut non *εἰ γὰρ ἔγραψα μὴ συναναμίγνυσθαι* intelligendum dicas, sed, quod in his lateat, *εἰ πάντως τοῖς πόρνοις τοῦ κόσμου ὀφείλετε μὴ συναναμιγνύσθαι.* Altero loco dubitationem movent, quae in fine adiecta sunt verba *νῦν δὲ ἅγιά ἐστιν.* Sed si quis totius loci nexum consideraverit, unice verum esse praesens indicativi, facile intelliget. Supplendum est *εἰ μὴ ἡγίασται* (*ἁγιάζεται*) *ὁ ἀνὴρ ὁ ἄπιστος ἐν τῇ*

γυναικὶ, ἢ ἡ γυνὴ ἡ ἄπιστος ἐν τῷ ἀνδρί, neque de eo loquitur Apostolus, quod tum re vera fuerit, sed sententia est generalis. Illud *νῦν δέ* autem explicandum est *so aber*, h. e. *εἰ ἡγίασται κ. τ. λ.* Secundum genus earum locutionum, quae simplicem indicativum voculae *ἐπεί* subiectum habent, illud est, in quo protasin subaudire licet cum particula *ἐάν*. Locutionis plenae exemplum est 1 Cor. XIV, 16. *προςεύξομαι τῷ πνεύματι, προςεύξομαι δὲ καὶ τῷ νοΐ· ψαλῶ τῷ πνεύματι, ψαλῶ δὲ καὶ τῷ νοΐ· ἐπεὶ ἐὰν εὐλογήσῃς τῷ πνεύματι, ὁ ἀναπληρῶν τὸν τόπον τοῦ ἰδιώτου, πῶς ἐρεῖ τὸ ἀμὴν ἐπὶ τῇ σῇ εὐχαριστίᾳ;* Suppressam autem protasin habes Rom. XI, 22. *ἴδε οὖν χρηστότητα καὶ ἀποτομίαν θεοῦ· ἐπὶ μὲν τοὺς πεσόντας ἀποτομίαν· ἐπὶ δὲ σὲ χρηστότητα, ἐὰν ἐπιμείνῃς τῇ χρηστότητι· ἐπεὶ καὶ σὺ ἐκκοπήσῃ.* Supple *ἐὰν μὴ ἐπιμείνῃς*: neque vero cum HOOGEVEENIO de part. p. 284. ed. Schütz. *εἰ μὴ ἐπιμείνῃς.* Quo loco mirum est, WAHLIO clav. p. 297. accidisse, ut *ἐκκοπήσῃ* haberet pro coniunctivo. Imo ne ad sensum quidem ferri h. l. posset *ἐπεί* cum coniunctivo, cuius structurae longe alia est ratio. Vid. HERMANN. ad Vig. p. 929. ad Soph. Antig. 1012. O. Col. 1228. Restat, ut de eo genere paucis dicamus, ubi voculam *ἐπεί* re vera sequitur praeteritum indicativi cum particula *ἄν*, quod tum fieri debere apparet, cum protasin cogitare licet, quae et ipsa habeat praeteritum indicativi e voce *εἰ* suspensum. Huiusmodi exemplum prostat Hebr. X, 1. 2. *ὁ νόμος — κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἃς προςφέρουσιν εἰς τὸ διηνεκὲς, οὐδέποτε δύναται τοὺς προςερχομένους τελειῶσαι· ἐπεὶ οὐκ ἂν ἐπαύσαντο προςφερόμεναι, διὰ τὸ μηδεμίαν ἔχειν ἔτι συνείδη-*

σιν ἁμαρτιῶν τοὺς λατρεύοντας, ἅπαξ κεκαθαρμένους; ubi subaudiendum, non quod ZEUNIUS (ad Vig. p. 402.) vult: *εἰ δύναιτο τελειῶσαι,* sed *εἰ ἐδύνατο τελειῶσαι.* Huc etiam referendus est locus Hebr. IX, 26. *οὐδ' (εἰς τὸν οὐρανὸν εἰςῆλθεν ὁ Χριστός), ἵνα πολλάκις προςφέρῃ ἑαυτὸν, ὥςπερ ὁ ἀρχιερεὺς εἰςέρχεται εἰς τὰ ἅγια κατ' ἐνιαυτὸν ἐν αἵματι ἀλλοτρίῳ· ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου. νῦν δὲ ἅπαξ ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας, διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται.* ubi *ἂν* ex more omissum, protasis autem cogitanda est haec: *εἰ εἰς τὸν οὐρανὸν εἰςῆλθε, ἵνα πολλάκις προςφέρῃ ἑαυτόν,* vel simile quid in istis verbis latens, veluti hoc: *si saepius repetendi sacrificii necessitas ipsi iniuncta fuisset,* vel *nisi unum suffecisset sacrificium.* Ceterum et ipsos Graecos eodem modo locutos esse, vix est, quod moneam. Epictet. Enchir. c. 48. *ἐάν τις σοὶ ἀπαγγείλῃ· ὅτι ὁ δεῖνά σε κακῶς λέγει, μὴ ἀπολογοῦ πρὸς τὰ λεχθέντα, ἀλλ' ἀποκρίνου, ὅτι ἠγνόει γὰρ τὰ ἄλλα προςόντα μοι κακὰ, ἐπεὶ οὐκ ἂν ταῦτα μόνα ἔλεγεν.*

§. 6.

De indicativo post particulas finem indicantes.

Procedat disputatio ad indicativum e particulis finalibus aptum. Particulas finales autem cum dicimus, duas tantum intelligimus voculas, *ἵνα* et *μή.* Nam *ὡς* de consilio seu fine in N. T. non adhibetur, nisi ea loca huc retuleris, ubi cum infinitivo legitur, veluti in formula *ὡς ἔπος εἰπεῖν.* Hebr. VII, 9. Vocula *ὅπως* autem, licet saepissime ad finem referatur, cum indicativo tamen

hoc sensu non construi videtur *). De qua structura Graecis admodum usitata vid. HERMANN. ad Vig. p. 791. 850. sq. BUTTMANN. gr. §. 126, 4. Provocare possis ad l. Matth. VI, 3. 4. σοῦ δὲ ποιοῦντος ἐλεημοσύνην, μὴ γνώτω ἡ ἀριστερά σου, τί ποιεῖ ἡ δεξιά σου· ὅπως ᾖ σου ἡ ἐλεημοσύνη ἐν τῷ κρυπτῷ, καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, αὐτὸς ἀποδώσει σοι ἐν τῷ φανερῷ. et ibidem vss. 17. 18. σὺ δὲ νηστεύων, ἄλειψαί σου τὴν κεφαλὴν, καὶ τὸ πρόςωπόν σου νίψαι· ὅπως μὴ φανῇς τοῖς ἀνθρώποις νηστεύων, ἀλλὰ τῷ πατρί σου τῷ ἐν τῷ κρυπτῷ· καὶ ὁ πατήρ σου ὁ βλέπων ἐν τῷ κρυπτῷ, ἀποδώσει σοι. Sed utroque loco ultima verba per se constare possunt. Quam interpretationem, quum versus sexti comparatio suadeat, commendat etiam illud, quod saepissime N. T. scriptores, ubi manere debebant in structura ex aliqua particula suspensa, sententiam adiiciunt ex se pendentem, servata tamen vocula *καί*, id quod non raro per leve quoddam anacoluthon fit. Cf. FRITZSCH. Coniect. p. 40., quamquam quod ille posuit huius rei exemplum, Marc. VII, 19. certe non necessario ita explicandum est. Eodem modo GRIESBACH. et KNAPP. l. Marc. V, 23. παρεκάλει

---

*) Imo ne tum quidem, cum significat *quomodo* futuro indicativi coniungitur, quod videmus factum esse in vocula πῶς, quae proprie est directe interrogantis. Marc. XI, 18. ἐζήτουν, πῶς αὐτὸν ἀπολέσουσι. Interrogationi obliquae etiam alibi saepissime inservit, quod apud Lucam fieri solet, adiecto articulo, ut Luc. XXII, 2. ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς καὶ οἱ γραμματεῖς, τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν. Adde ibid. 4. Act. IV, 21. Quibus locis πῶς pro ὅπως, *ut*, dictum esse, nemo hodie credet GLASSIO phil. sacra. T. I. p. 545. ed. Dath. Ceterum vid. infra §. 8.

αὐτὸν πολλὰ, λέγων· ὅτι τὸ θυγάτριόν μου ἐσχάτως ἔχει· ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας, ὅπως σωθῇ καὶ ζήσεται· videntur accepisse, quantum ex colo post *σωθῇ* ab ipsis posito licet colligere. Sed simplicius sane est, *σωθῇ* et *ζήσεται* coniungere, quamquam, ut ne hoc quidem satis tutum putes illius structurae exemplum, monere te poterit lectionum varietas, quum pro *ὅπως* nonnulli libri *ἵνα*, pro *ζήσεται* autem alii *ζήσηται* alii *ζήσῃ* suppeditent. Vid. Griesbach. Relinquuntur igitur, de quibus nunc dicatur, particula *ἵνα*, et, quae praeter potestatem *τελικήν* simul negationem continet, vocula *μή*. De utraque seorsim dicendum videtur, ita quidem, ut etiam de variis indicativi temporibus, quibus utraque coniuncta reperiatur, quaeratur singulatim.

Videamus primo de voce *ἵνα* cum futuro indicativi coniuncta. Quam structuram a Thoma Magistro (s. v. *ἵνα* p. 473. cf. Hoogeveen. de part. p. 355. ed. Schütz.) prorsus damnatam defenderunt Abresch. in observ. misc. Vol. I. Tom. III. p. 14. et in dilucid. Thucyd. p. 793. Fischer. ad Weller. III, b. p. 286. sq. coll. II, p. 251. sq. Dorvill. ad Charit. p. 479. Quibus qui contradicere videtur Hermann. ad Sophocl. Oed. Col. 155., nescio, an antiquioris tantum Graecitatis usum respexerit. Recte eandem structuram etiam sacris scriptoribus adsignandam esse, observarunt praeter Abreschium et Fischerum l. c. Zeunius ad Vig. p. 557. Wahl. clav. p. 403. Winer. gr. N. T. p. 122. Bornemann. in Rosenmuell. Repert. p. 254. 1 Cor. IX, 18. *τίς οὖν μοι ἐστὶν ὁ μισθός; ἵνα εὐαγγελιζόμενος*

ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ *). Ephes.

---

*) WAHL. clav. p. 403. hunc locum ita accepisse videtur, quasi *ἵνα* ad praecedentia verba *οἰκονομίαν πεπίστευμαι* referendum sit: quod quomodo fieri possit, equidem non intelligo. Referendum potius est ad verba *τίς οὖν μοι ἐστὶν ὁ μισθός;* ut, si Wahlio (qui sic quoque verba coniungi posse, ipse intellexit) fidem habeas, explicandum sit per *ὅτι*. Scilicet saepissime in N. T. ita adhibetur vocula *ἵνα*, ut propriam suam significationem exuere et ad usum vocis *ὅτι* propius accedere videatur. Nam non solum post verba *iubendi* et *cupiendi* (cf. HERMANN. ad Vig. p. 852., SCHAEFER. melet. crit. p. 121.) frequentatur, ut Matth. IV, 3. VII, 12. XII, 16. XIV, 36. XVI, 20. XVIII, 14. etc., verum etiam post alia plurima, veluti post *συμφέρει*, Matth. V, 29. 30. XVIII, 6. *ἱκανός εἰμι*, Matth. VIII, 8. Luc. VII, 6. *γέγραπται*, Marc. IX, 12. *χρείαν ἔχω*, Ioh. II, 25. post pronomina demonstrativa, Luc. I, 43. Ioh. VI, 29. etc. Nec tamen unquam cum *ὅτι* temere permutatur, sed ita ubique usurpatur, ut referatur, non ad id, quod factum est, vel fit, sed ad id, quod cogitatur faciendum. In contrariam autem partem peccare videtur, qui *ἵνα* ubique *eo fine, ut* significare contendit, FRITZSCH. in excursu I. ad Matth. p. 836. sq. Sed erit fortasse, qui nostro loco propter id ipsum, quod *ἵνα* pro *ὅτι* positum videatur, etiam requiri dicat indicativum. Quem facile ii loci refutabunt, in quibus, quamvis eodem modo *ἵνα* usurpatum sit, tamen coniunctivus adiunctus est. Ceterum parum lucis a recentioribus interpretibus nostro loco adspersum est, quare de ipso verborum sensu paucis hic liceat exponere. Dixerat Apostolus, in eo suam positam esse gloriam, quod, cum laborum suorum mercedem poscere liceret, tamen de iure suo concedens, gratis evangelium doceret ac ne illa quidem, quae ad vitam sustentandam necessaria essent, a Christianorum peteret coetibus. Quod ut probaret, haec adiecit verba: *ἐὰν γὰρ εὐαγγελίζωμαι, οὐκ ἔστι μοι καύχημα· ἀνάγκη γάρ μοι ἐπίκειται. Οὐαὶ γάρ μοι ἐστὶν, ἐὰν μὴ εὐαγγελίζωμαι. Εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι. Τίς οὖν μοί ἐστὶν ὁ μισθός; ἵνα εὐαγγελιζόμενος ἀδάπανον θήσω τὸ εὐαγγέλιον τοῦ Χριστοῦ.* Sic enim vulgo interpungunt. In his vocabulum *ἑκὼν* non ita explicant, ut opponatur illi, quam dixerat auctor, necessitati; sed ita, ut una cum

illa constare possit, significans eum, qui id, quod necessitate impositum est, volens suscipit et studiose peragit. Verbum *ἄκων* autem non ad ipsam illam necessitatem referunt, sed tantummodo voci *ἑκὼν* opponunt, ut designet eum, cui necessitas invito iniuncta est. Quod qui statuunt, eorum sententia eadem est, quam expressit Scholiasta cod. A. apud Matth. p. 229. ad verba *εἰ γὰρ ἑκών· δείκνυσιν, ὅτι καὶ δεσποτικῆς ἐπιταγῆς ἐπικειμένης, ὅμως, εἰ μὲν ἑκὼν εὐαγγελίζεται τουτέστι πρόθυμος καὶ φέρων ἀβαρῶς αὐτὸ, ἔχει μισθὸν κἂν ἐπὶ τούτῳ, εἰ καὶ μὴ τοιοῦτον, οἷον εἰ καὶ ἀδαπάνως· εἰ δὲ ἄκων, τουτέστιν ἑαυτὸν βιαζόμενος, ὡς οἰκονομίαν ἐπιστευθεὶς λογίζεται, μηδεμίαν ἔχων ἑαυτοῦ πρὸς τοῦτο φιλοτιμίαν ἐπιδεῖξαι.* Quam eandem explicationem retinuit etiam novissimus editor, Pottius, qui hoc tantum sibi peculiare habet, quod vers. 17. uncinis inclusit, verba autem *μισθὸν ἔχω* significare vult, non *mercedem habeo*, sed *mercedem puto:* quod in re ipsa nihil mutat. Quorum quidem omnium tum demum mihi satisfaceret sententia, si ad verba *μισθὸν ἔχω* aliquid esset adiectum, quod hanc quidem mercedem accuratius determinaret atque indicaret, quomodo haec ipsa merces, quae ex docendi necessitate lubenter suscepta vere capi possit, distinguatur ab altera illa, quae hinc non capi possit, sed e gratuita evangelii praedicatione sit petenda. Alioquin enim auctor sibi ipse repugnaret, quippe ex eadem re simul et posse et non posse mercedem capi contendens. Sed nihil huiusmodi in textu legitur. Imo hoc dicit Apostolus, ex ipsa doctrinae christianae traditione nihil prorsus ad se redundare mercedis gloriaeve, eamque causam adfert, cur solummodo e gratuita muneris demandati administratione laus sibi petenda sit. Ipsam autem evangelii traditionem propterea laudis dicit expertem, quod illa necessitate quadam sibi sit imposita. Quod cum dixisset auctor, iam illa subiungit verba: *εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι.* Quae nemo non ita malet intelligere, ut *ἑκών* opponatur verbis *ἀνάγκη μοι ἐπίκειται, ἄκων* autem his plane respondeat. Multo igitur rectius, quam reliqui interpretes, locum intellexit Matthias Flacius in comment. ad h. l., qui ita expressit verborum sensum: *„si libenter ac sponte ad evangelii praedicationem accessissem, ut alii Apostoli“* (haec postrema verba de suo ad-

σοι γένηται, καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς, pro quo

---

iecit Flacius) „*potuissem hoc nomine laudari: nunc invitus et violenter huc sum raptus, ut cogar hanc functionem sustinere.*“ Paulus enim dicere poterat, se non sua sponte, sed necessitate coactum atque invitum hoc munere fungi; si ad illud respiceret tempus, quo evangelii tradendi provincia ipsi erat demandata. Non obstat huic explicationi, quod *εἰ πράσσω, ἔχω* dictum est, non *εἰ ἔπρασσον, εἶχον ἄν*. Profert enim sententiam generalem, ut *εἰ πράσσω, ἔχω* fere idem sit, ac si dictum esset, *εἴ τις πράσσει, ἔχει*. Recteque verba *εἰ ἑκὼν τοῦτο πράσσω*, h. e. *εὐαγγελίζω*, explicari possunt *si voluntarius sum evangelii doctor s. apostolus*, h. e. *si doceo, sponte suscepto docendi munere*. Quibus statim opponuntur verba *εἰ δὲ ἄκων οἰκονομίαν πεπίστευμαι, sin praeter meam ipsius voluntatem — munus apostolicum mihi impositum est*. Sic enim interpungendum videtur, deleto post *ἄκων* commate. Nam defendi quidem posset vulgata interpunctio, hoc modo: *Si necessitate coactus evangelium trado, nullam laudem promereo; sed concredito fungor munere; cuius laudes ob id ipsum ad me non pertinent, quod non sponte illud suscepi, sed sustineo aliunde impositum*, quamquam aegre carerem aliqua particula sententiae perspicuitati inserviente (Pott.: *es bleibt mir nun einmal übertragen*). Sed multo simplicius videntur ista coniungi: *si mihi invito concredita est tradendi evangelii provincia*. Quo facto quaeritur de apodosi: quam aut prorsus omissam esse (facile enim ex praecedentibus suppleri posset. cf. Fritzsch. Coniect. p. 22—32.), aut cum Semlero in sequentibus verbis *τίς οὖν μοί ἐστιν ὁ μισθός;* latere dicas. Hoc praeferendum videtur, ut sensus sit: *Si sponte docendi munere fungor, ob id ipsum laudem promereo. Sin praeter meam ipsius voluntatem eam provinciam accepi, ideoque e sola evangelii traditione laudem petere nequeo, quid tum relinquitur, quo gloriari possim? Illud unum, ut gratis tradam doctrinam christianam.* Particula *οὖν* ad eam, quae omissa est, spectat sententiam, hoc modo: *sin praeter voluntatem munus mihi mandatum est; quum ob id ipsum laudari nequeam; quid igitur est, unde gloriam petam?* — Olim aliam ingressus eram viam, hanc quidem, ut vulgarem verborum *ἑκών* et *ἄκων* interpretationem vulgaremque interpungendi rationem secutus, sed recepta e duobus

apud LXX. (Exod. XX, 12.) scriptum est *καὶ ἵνα μακροχρόνιος γένῃ ἐπὶ τῆς γῆς*. Apoc. XXII, 14. *μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς, καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰςέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν.* His tribus locis, in quibus nulla est lectionis varietas, ingens accedit eorum locorum numerus, ubi pars codd. futurum indicativi suppeditat, reliqui autem coniunctivum exhibent, et huius quidem aut futurum aut aoristum vel praesens. De quibus locis accuratius nunc erit videndum, ut e quibus de ipso indicativi usu pendeat iudicium. Ac primo quidem dicamus de *futuro coniunctivi*, haud raro in libris sacris obvio. Nullam huius futuri mentionem fecit Winerus in grammatica, credo, quod omnes huiusmodi formas pro librariorum inventis haberet, id quod diserte pronunciavit de forma *δώσῃ* p. 41. Sed quum in editionibus nostris etiamnum supersint illius futuri vestigia, neque interpretes grammaticive recentissimi (in his Wahlius, qui omnes istas formas tacite in lexicon suum recepit) expellere illa ausi sint, operae me pretium facturum puto, si paulo copiosius de ea re exposuerim. Constat, in ipsis Graecorum libris passim reperiri futuri coniunctivi exempla. Quae quidem omnia a librariis, coniunctivum propter regulas syntacticas requirentibus, invecta esse, iam pridem monitum est ab Abreschio in observ. misc. T. III. p. 13. Neque aliter

---

codd. ante *ἔχω* vocula *οὐ*, hunc constituerem verborum sensum: *Nam si evangelium Christi trado, non habeo, quod glorier, nam necessitas tradendi mihi iniuncta est. Cui necessitati si vel lubentissime pareo, tamen mercede indignus sum: quid vero, si etiam invitus ei parerem? Quaenam igitur mihi est merces?* etc.

sentiunt FISCHER. ad Weller. II. p. 251. et LOBECK. ad Phrynich. p. 722. Quorum virorum priores duo, quod de Graecis dixerant, etiam de sacris intelligi voluerunt scriptoribus, Lobeckius autem quosdam tantum N. T. locos certo pronunciat depravatos, in medio relinquens reliquos. Sed iam antiquitus fuerunt, qui in libris sacris futurum coniunctivi sibi viderentur deprehendisse, teste GLASSIO in phil. sacr. T. I. p. 313. ed. Dath. Eademque sententia fuit GEORGII in Hierocrit. I. p. 159. sq., quem ob id ipsum vituperat FISCHER. l. c. p. 253. Quae lis ut dirimatur, ante omnia opus est exemplis, iisque talibus, quae neque pro aoristo coniunctivi, neque pro futuro indicativi haberi ullo modo possint. Nam qualia apud GLASSIUM l. c. videmus allata, *βληθήσῃ* (Matth. V, 25.) et *ἔσῃ* (Ephes. VI, 3.), his nihil effici, recte monuit FISCHERUS p. 251. Matth. XVIII, 16. *ἵνα ἐπὶ στόματος δύο μαρτύρων ἢ τριῶν σταθῇ πᾶν ῥῆμα.* Nullam h. l. lectionis varietatem notavit GRIESBACH., nisi quod e quibusdam codd. attulit indicativum *σταθήσεται.* Sed ABRESCH. diluc. Thucyd. p. 793. apud Chrysostom. Homil. in Matth. p. 658. *σταθήσηται* legi monet, idque mutari vult in *σταθήσεται*, probante LOBECKIO. l. c. Marc. V, 23. *ἵνα ἐλθὼν ἐπιθῇς αὐτῇ τὰς χεῖρας, ὅπως σωθῇ καὶ ζήσεται.* Alii *ζήσῃ*, duo tantum codd. *ζήσηται* cf. p. 42. Ioh. XV, 8. *ἐν τούτῳ ἐδοξάσθη ὁ πατήρ μου, ἵνα καρπὸν πολὺν φέρητε καὶ γενήσεσθε ἐμοὶ μαθηταί*, ubi plura subsidia praebent *γένησθε*, paucissima quaedam *γενήσησθε* (Sic olim *γενήσωνται* legebatur apud Aristid. loco a LOBECKIO p. 720. citato). Rom. XI, 26. *ἄχρις οὗ τὸ πλήρωμα τῶν ἐθνῶν εἰςέλθῃ· καὶ οὕτω πᾶς Ἰσραὴλ σωθήσεται*, pro quo quidam libri

σωθήσηται, ex emendatione eorum, qui verbum σωθήσεται ad ἄχρις οὗ referendum putarent. Cf. p. 20. 1 Tim. VI, 8. τούτοις ἀρκεσθησόμεθα, ubi pauci libri et patres ἀρκεσθησώμεθα exhibent. Coniunctivus enim in exhortatione requiri videbatur. cf. p. 13. In his locis omnibus fere nulla est illarum formarum auctoritas critica. Sed supersunt quaedam loca, ubi ab hac quidem parte tantam commendationem habere videtur futurum coniunctivi, ut omnes illud editores eiicere dubitarint. 1 Cor. XIII, 3. ἐὰν παραδῶ τὸ σῶμά μου, ἵνα καυθήσωμαι. Alii καυθήσομαι, καυθήσεται, καυθῇ, καυχήσωμαι. Tractavit h. l. WAKEFIELD. sylv. crit. III, 59., qui aut καυχήσομαι (cf. WETSTEN. ad h. l.) reponi, aut certe καυθήσομαι corrigi iubet. Indicativum in textum receperat MATTHAEIUS, probante FISCHERO l. c. p. 252. et LOBECKIO p. 722. Sed καυθήσωμαι restituerunt GRIESBACH. et KNAPP., retinuitque WAHL. clav. p. 427. 1 Petr. III, 1. ὁμοίως αἱ γυναῖκες ὑποτασσόμεναι τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν, ἵνα καὶ εἴ τινες ἀπειθοῦσι τῷ λόγῳ, διὰ τῆς τῶν γυναικῶν ἀναστροφῆς ἄνευ λόγου κερδηθήσωνται, quem locum etiam GLASSIUS citavit l. l. Plurimi tamen libri indicativum κερδηθήσονται offerunt, quem commendavit ABRESCHIUS diluc. Thucyd. p. 293., reposuit MATTHAEIUS, laudatus idcirco a FISCHERO. Sed hic quoque coniunctivum restituerunt GRIESBACH. et KNAPP. His accedunt quaedam formae, quae, licet aliter explicari posse videantur, rectius tamen futuris coniunctivi adnumerantur: formas dicimus δώσῃ, γνώσωμαι, πορεύσωμαι verborum δίδωμι, γινώσκω, πορεύομαι *).

---

*) MATTHIAE in Gramm. uber. p. 388. ed. 2. δώσῃ pro aoristo

Quarum prima quum pro aoristo eoque non recens invento, sed ex intima Graecitate, dialecto quidem dorica, repetito olim esset habita (veluti ab Aemilio Porto in Lex. Dor. s. v. δώσῃ), hodie ne seriori quidem

---

habet, quasi ab ἔδωσα derivando. Sed neque in hoc verbo tale reperitur exemplum, quod aoristum agnoscere cogat (quale haberes, si inveniretur v. c. indicativus ἔδωσα), neque aliorum verborum exemplo formarum aoristi in κα et σα desinentium permutationem comprobare licet. Forma γνώσωμαι autem tantum abest, ut id confirmet, ut haec quidem fere necessario pro futuro sit habenda. Nam ne vulgaris quidem aoristi primi forma in hoc verbo exstat, et si exstaret, non Medii sed Activi haberet terminationem. Ceterum utut statuas, res eodem redit. Nam in damnandis formis omnes consentiunt, neque nobis aliter de aoristis foret, quam de futuris existimandum. Sed alia reperiuntur in N. T. aoristi exempla, quae licet et ipsa futuri conjunctivi speciem prae se ferant, magnopere tamen, ne huc referantur, cavendum est. Constat enim, bene multos aoristos, antiquiori Graecitati ignotos (in his maxime aoristos primos verborum authypotactorum), seriore aetate in usum esse intromissos. Vid. Lobeck. ad Phrynich. Parerg. V. de aorist. I. verbor. authyp. Cujusmodi aoristos etiam in N. T. passim inveniri, nemo mirabitur. Exempla vide apud Winer. p. 43. sq. Sic v. c. quae Matth. XVIII, 15. legitur forma ἁμαρτήσῃ, non pro futuro conjunctivi habenda est, sed pro aoristo, cujus certissima exempla attulit Winer. l. c., quibus adde Hebr. III, 17. τίσι δὲ προσώχθισε τεσσαράκοντα ἔτη; οὐχὶ τοῖς ἁμαρτήσασιν; cf. Lobeck. p. 732. sq. Hinc etiam aliae formae defendi fortasse poterunt. Apoc. XVIII, 14. οὐ μὴ εὑρήσῃς αὐτά, pro quo alii εὕρῃς, vel εὑρήσεις. Apoc. IX, 6. καὶ εἰ μὴ εὑρήσωσιν αὐτόν, quo loco Griesbach. εὑρήσουσιν edidit. Lobeckius haec inter futura conjunctivi retulit, sed idem etiam aoristi (εὑρήσαντος) adscripsit exemplum. Apoc. III, 9. ποιήσω αὐτοὺς, ἵνα ἥξωσι, ubi licet ex codd. futurum ἥξουσι edendum videatur, per se tamen etiam aoristus ferri posset. Vid. Lobeck. p. 743. sq. Eadem res est in formis δυνήσησθε, δυνήσωνται, δυνήσασθαι, de quibus dixerunt Fischer. III. a. p. 73. sq. Lobeck. p. 718. sq. Cujusmodi exempla, si bene memini, etiam in N. T. exstant, sed loca notare oblitus sum.

Graecitati conceditur, sed, librariorum adscripta inventis, cum e Graecorum libris, tum etiam e N. T. iubetur exsulare. cf. FISCHER. et LOBECK. l. c. AST. ad Theophr. Char. p. 130. sq. MATTH. Gramm. uber. p. 388. ed. 2. WINER. p. 41. Sed nondum ubique paruerunt N. T. editores. Nam quae reperiuntur huius formae exempla, aut in textum nunquam fuerunt recepta, ut *δώσῃς* Luc. XII, 59. *δώσῃ* Joh. XV, 16. *δώσωμεν* Marc. VI, 37. *δώσωσι* Luc. XX, 10. Apoc. IV, 9., aut sedem suam etiamnum obtinent, ut *δώσῃ* Joh. XVII, 2. Apoc. VIII, 3., quibus ipsis locis indicativum *δώσει* ex codd. recipi voluit FISCHERUS. Secundam formam pauci quidam libri exhibent Act. XXI, 24. *ἵνα ξυρήσωνται τὴν κεφαλὴν καὶ γνώσονται πάντες κ. τ. λ.* et Apoc. III, 9. *ἵνα ἥξωσι, καὶ προςκυνήσωσιν ἐνώπιον τῶν ποδῶν σου, καὶ γνῶσιν, ὅτι κ. τ. λ.* Sic enim ediderunt GRIESBACH. et KNAPP. cf. BORNEMANN. in Rosenmuelleri Repert. II. p. 254. Tertiae denique formae exempla habes Jac. IV, 13. *Ἄγε νῦν οἱ λέγοντες· σήμερον καὶ αὔριον πορευσώμεθα εἰς τήνδε τὴν πόλιν, καὶ ποιήσωμεν ἐκεῖ ἐνιαυτὸν ἕνα, καὶ ἐμπορευσώμεθα, καὶ κερδήσωμεν*, quos coniunctivos in textum recepit GRIESBACH., expulsis, qui ante eum legebantur, indicativis *πορευσόμεθα* — *ἐμπορευσόμεθα* — *κερδήσομεν* cf. p. 13. Praeterea *πορεύσωμαι* Rom. XV, 24. legit Theodoret., sed codices aut *πορεύωμαι* aut indicativum praebent. — Haec sunt, quae reperi in N. T. futuri conjunctivi exempla. Quae quidem omnia, ut iam meam sententiam paucis exponam, non ab ipsis N. T. auctoribus, sed a librariis profecta esse, mihi quoque persuasissimum est. Nam quum fere

nulla in libris sacris reperiatur verborum forma, quin pariter recentioribus Graecis fuerit usitata, propter id ipsum, quod a Graecis usurpatum esse negamus futurum coniunctivi, etiam sacris abiudicandum videtur scriptoribus. Deinde vero rationes criticae, ut omnia huiusmodi exempla suspecta habeamus, vel maxime efflagitant. Nam ne unum quidem exemplum est, quod omnium librorum confirmetur consensu. Quae codicum discrepantia si cui ita videatur explicanda, ut a librariis, qui in futuro coniunctivi offenderent, aliud quid ubique suppositum esse statuatur, vereor, ne id contra acciderit. Multo enim veri similius est, eosdem illos librarios, quum in insolentiori indicativi usu (veluti si post *ἵνα* vel in exhortatione usurpatur) offenderent, coniunctivum substituisse. Mirum enim est, futurum illud non nisi tum reperiri, cum de eo, quod reliqui habent libri, librariis aliqua dubitatio esse poterat, indicativi autem, quem diximus, usum etiam talibus inveniri locis, ubi ne exstat quidem scripturae varietas. Accedit etiam illud, quod, quum tribus tantum quatuorve locis paulo major sit critica coniunctivi illius auctoritas (si eam ex sola librorum fide aestimaveris), reliquis omnibus pro nulla prorsus habenda est. Quare quod plurimis locis a librariis demum profectum esse certissimum est, id etiam perpaucis illis iisdem tribuendum esse, haud temere conjicias. — Sed redeundum est ad id, quod ansam huic disputationi praebuit. Apparet enim, si iure a nobis damnatum sit futurum coniunctivi, magnam exemplorum cohortem ad illa accedere loca, quibus recte adsignetur ea, de qua agimus, vocis *ἵνα*

constructio. Interdum tamen, utrum aoristus coniunctivi reponendus sit, an futurum indicativi, dubitare licet. Hoc a GRISBACHIO et KNAPPIO iam editum est Ioh. XV, 8. Act. XXI, 24., ubi coniunctivus et indicativus eodem modo coniuncti sunt, uti Ephes. VI, 3. Apoc. XXII, 14. Sed idem restituendum erit etiam Joh. XVII, 2. Apoc. VIII, 3. et, ut videtur, Luc. XX, 10. Apoc. XIII, 16., ubi vulgo aoristus *δῶσι* legitur. Nam ex indicativo facillime reliqua lectionis varietas nasci potuit. Eadem de causa genuinum fortasse *σταθήσεται* Matth. XVIII, 16. et *γνώσονται* Apoc. III 9. — Superest, ut de iis locis paucis dicamus, ubi licet futuri conjunctivi nulla reperiantur vestigia, tamen inter aoristum coni. et futurum indicativi scriptura fluctuat. Notavi haec: Luc. XIV, 10. *εἴπῃ*, alii *ἐρεῖ*, Luc. XXII, 30. *καθίσησθε*, alii *καθίσεσθε*. Posterius recte recepit KNAPP., qui tamen postrema verba ut absolute posita accepisse videtur. De formis *καθίσω*, *καθίσομαι* vid. BUTTMANN. gr. p. 144. 284. WINER. p. 45. Similia sunt *ἀπολέσω*, *καλέσω*. vid. HERMANN. ad Soph. Ai. 557. LOBECK. p. 746. WINER. p. 44. sq. Adde Luc. XX, 28. *ἐξαναστήσῃ*, al. *ἐξαναστήσει*. Joh. XII, 40. *ἰάσομαι*, al. *ἰάσωμαι*. (cf. Act. XXVIII, 27. LXX. Jes. VI, 10.) Phil. II, 11. *ἐξομολογήσηται*, al. *ἐξομολογήσεται*. Apoc. IX, 5. *βασανισθῶσι*, al. *βασανισθήσονται*. Apoc. XIII, 12. *προςκυνήσωσι*, al. *προςκυνήσουσι*. De quibus locis critici viderint, quid statuendum sit. Equidem non multum a vero aberrare putem, qui fere ubique indicativum praeferendum dixerit. Sed Tit. I, 5. pro eo, quod GRISEBACHIUS edidit *ἐπιδιορθώσῃ* e codd. recipiendum est *ἐπιδιορ-*

θώσῃς, nam forma media parum h. l. apta videtur. — Ex his cum luculenter appareat, haud raro a scriptoribus sacris voculam *ἵνα* cum indicativo futuri coniunctam esse, iam de discrimine quaeritur, quod hunc inter et coniunctivum intercedat. Ac futurum quidem adhibetur, ubi res aperte tamquam futura cogitatur: coniunctivus autem usurpatur, ubi res simpliciter tamquam praesens cogitatur, neglecta accuratiore temporis definitione. Conferri possunt, quae HERMANNUS dixit de particula *ὅπως* ad Vig. p. 791., et quae infra a nobis disputabuntur de particula *μή*. Itaque tum maxime locum habebit indicativus, ubi sermo est de consilio seriore demum tempore assequendo, ut in illo *ἵνα εὖ σοι γένηται καὶ ἔσῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς*, et in Apocalypsis loco supra citato, *μακάριοι οἱ ποιοῦντες τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ, ἵνα ἔσται ἡ ἐξουσία αὐτῶν ἐπὶ τὸ ξύλον τῆς ζωῆς*. Sed facile intelligitur, admodum incertam vagamque esse hanc differentiam. Quemadmodum enim, quod in praesens tempus cadere videtur consilium, tamen tamquam futurum cogitari potest, quoniam omne consilium ad futurum tempus spectat; sic contra, quod aperte in futurum tempus cadit, quodammodo tamquam praesens cogitari potest, omissa accurata temporis significatione. Unde non mirum est, posteriore illo loco statim adiectum esse, *καὶ τοῖς πυλῶσιν εἰςέλθωσιν εἰς τὴν πόλιν*. Nisi forte ad significandam rem cito praetereuntem aoristum dicas adhibitum. Reliquorum autem locorum, quae utrumque modum coniunctum habent, haec ratio esse videtur, ut ea enunciatio per futurum indicativi exprimatur, quae ad sensum posterior est, et ex altera quasi

nascitur. Joh. XV, 8. Luc. XX, 28. XXII, 30. Act. XXI, 24. coll. Matth. V, 25. Luc. XIV, 8. 9. Quamquam uno fortasse alterove loco posteriorem enunciationem separatim accipere, quam ad *ἵνα* referre praestat (e. c. Act. XXI, 24.).

Sequitur constructio voculae *ἵνα* cum praeteritis indicativi temporibus, quam Graeci quidem tum adhibere solent, quum aliquod consilium significatur, quod effectum redderetur aut redditum jam esset, si alia res, ex qua illud pendet, eveniret aut evenisset. Unde intelligitur, non locum hic esse nisi imperfecto, plusquamperfecto et aoristo, nullo vero modo perfecto indicativi. Perfectum enim quum ad praesentis temporis naturam propius accedat, nunquam de eo adhibetur, quod fuisset sub conditione, sed non fuit. Tum etiam hoc perspicitur, eam quoque, quae praecedat, enunciationem tale quid indicare debere, quod eventu caruit. Unde fit, ut saepissime praecedant verba *ἐχρῆν*, *ἐβουλόμην ἄν* et similia. Ita Plato Symp. p. 181. D. *χρῆν δὲ καὶ νόμον εἶναι, μὴ ἐρᾷν παίδων, ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο.* Plura exempla dabunt Hoogeveen. de part. p. 356. sq. ed. Schuetz. Zeun. ad Viger. p. 557. Valkenar. diatr. in Eur. Rel. p. 149. De re ipsa vid. Hermann. ad Vig. p. 850. sq. ad Soph. O. R. 1379. Heindorf. ad Plat. Theaet. 48. Buttmann. ad. Plat. Crit. p. 85. Ruedig. ad Demosth. Phil. I, p. 46. Matthiae gr. §. 520. Quod quidem dicendi genus ab oratione N. T. alienum esse, tanto certius contendi potest, quod non solum nullum hujusmodi invenitur exemplum, sed etiam talia indicare licet loca, ubi Graeci haud dubie adhibuissent indicativum,

et tamen non indicativus, sed coniunctivus scriptus est. Joh. XVIII, 36. εἰ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου ἦν ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ, οἱ ὑπηρέται ἂν οἱ ἐμοὶ ἠγωνίζοντο, ἵνα μὴ παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις. νῦν δὲ ἡ βασιλεία ἡ ἐμὴ οὐκ ἔστιν ἐντεῦθεν. Dicas fortasse conjunctivum h. l. ita defendi posse, ut verba παραδοθῶ τοῖς Ἰουδαίοις non ad eam, quae praeterierat, sed ad eam, quae instabat pronunciata ab iudice sententia, referantur traditionem (eodem modo, quo XIX, 16. dictum est παρέδωκεν αὐτὸν αὐτοῖς (τοῖς Ἰουδαίοις), ἵνα σταυρωθῇ), quae utrum futura esset, nec ne, adhuc ambiguum erat. Sed manifesto ita loquitur Christus, quasi de illa, quam commemorat, traditione persuasissimum habeat. Aliud idque certissimum exemplum est Joh. XI, 37. οὐκ ἠδύνατο οὗτος, ὁ ἀνοίξας τοὺς ὀφθαλμοὺς τοῦ τυφλοῦ, ποιῆσαι, ἵνα καὶ οὗτος μὴ ἀποθάνῃ; Nam mortuus jam erat Lazarus. cf. etiam 1. Cor. IV, 8.

Veniendum denique est ad ea loca, ubi voculam ἵνα sequitur praesens indicativi. Quam structuram quum in ipsis Graecorum libris olim deprehendisse sibi viderentur grammatici (Hoogeveen. p. 358. Zeun. ad Vig. p. 557. Schleusner. in lex. N. T. s. v. ἵνα. Fischer. ad Weller. III. b. p. 286.), ab illis prorsus alienam esse demonstravit Hermann. in lib. I. de metris p. 85. et ad Vig. p. 851. sq. cf. Winer. p. 123. sq. et quos citat Passov. in lex. et Monk. ad Eur. Hippol. p. 80. ed. Lips. In editionibus N. T. duo exstant hujusmodi exempla: 1 Cor. IV, 6. ταῦτα δὲ, ἀδελφοὶ, μετεσχημάτισα εἰς ἐμαυτὸν καὶ Ἀπολλὼ δι᾽ ὑμᾶς, ἵνα μὴ εἷς ὑπὲρ τοῦ ἑνὸς φυσιοῦσθε κατὰ τοῦ ἑτέρου. Gal. IV, 17. ζηλοῦσιν ὑμᾶς οὐ καλῶς, ἀλλὰ ἐκκλεῖσαι ὑμᾶς θέλουσιν,

ἵνα αὐτοὺς ζηλοῦτε. Utrumque locum FRITZSCHIUS in exc. I. ad Matth. p. 836. sq. ita explicat, ut *ἵνα* non *ut*, sed *ubi* significare dicat. Sed quum nusquam alibi in N. T. sensu *τοπικῷ* vocula *ἵνα* reperiatur (nam de locis a WAHLIO huc relatis rectissime iudicat idem Fritzsch.), talia quoque loca non probabunt quidquam, ubi nova ista significatio nescio quid languidi sensui inferret alienique. Accedit, quod priori loco si *ἵνα* valeret *ubi*, nemo non offenderet in voc. *μή*. WINER. p. 25. structuram illam inter idiotismos N. T. refert: recte fortasse; quamquam ut omnem de hac re dubitationem dimitterem, nondum a me impetrare potui, praesertim cum etiam alibi librariorum culpa indicativum post *ἵνα* in libros irrepsisse vidissem. Vid. GRIESBACH. ad Joh. III, 15. 16. IV, 15. XVI, 4. Certe, si Paulus ita scripsit, negligenter scripsisse putandus est, ut similiter de hac constructione iudicandum sit, atque supra iudicavimus de indicativo post *ὅταν* adhibito.

Progredimur nunc ad voculam *μή*, quam cum indicativo omnium temporum coniungi dicit HERMANN. ad Vig. p. 810., tum quidem, si significetur res, quae re vera facta sit, fiat, futura sit. Nos, de singulis temporibus singulatim dicturi, exordium rursus a futuro petamus. Distinguendum autem est inter ea loca, ubi particulam *μή* plena aliqua praecedit sententia, ut *μή* fere idem sit, quod *ἵνα μή*, atque illa loca, ubi addita demum particula plena efficitur sententia, qualia sunt, in quibus vocem *μή* aliquod verbum antecedit *timendi* vel *cavendi* significationem habens. Prioris generis exemplum est apud Charitonem VI, 5. 20. *παυσώμεθα τοίνυν λαλοῦντες, μὴ καὶ τῇ βασιλίδι τις ἡμᾶς διαβαλεῖ.*

cfr. DORVILL. ad h. l. p. 544. ed. Lips. Ex N. T. haec notavi loca, in quibus omnibus observare licet, non simplex *μή* adhibitum esse, sed *μήποτε* *). Marc. XIV, 2. *ἔλεγον δέ· μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ, μήποτε θόρυβος ἔσται τοῦ λαοῦ.* ubi post verba *μὴ ἐν τῇ ἑορτῇ* e praecedentibus repetendum est *ἀποκτείνωμεν αὐτόν.* Pro *ἔσται* in quibusdam libris scriptum est *γένηται*, quod e Matth. XXVI, 5. huc translatum credas. Matth. V, 25, *ἴσθι εὐνοῶν τῷ ἀντιδίκῳ σου ταχὺ — μήποτέ σε παραδῷ ὁ ἀντίδικος τῷ κριτῇ, καὶ ὁ κριτής σε παραδῷ τῷ ὑπηρέτῃ, καὶ εἰς φυλακὴν βληθήσῃ.* Matth. XXVII, 64. *κέλευσον οὖν ἀσφαλισθῆναι τὸν τάφον — μήποτε ἐλθόντες οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ κλέψωσιν αὐτὸν, καὶ εἴπωσι τῷ λαῷ· ἐγέρθη ἀπὸ τῶν νεκρῶν, καὶ ἔσται ἡ ἐσχάτη πλάνη χείρων τῆς πρώτης.* Quamquam quae in fine adjecta sunt verba, etiam per se constare possunt. Eadem ratio est loci Luc. XIV, 8. cfr. supra p. 41. Nemo autem, opinor, in eo haerebit, quod v. *μή* eodem loco et indicativum et coniunctivum adscivit. Idem enim in partic. *ἵνα* factum esse, iam supra vidimus, idemque in ipsa voc. *μή* ipsi fecerunt Graeci, ut Aesch. Pers. 114. sqq. Pind. ol. VI, 39. 40. cf. LOBECK. ad Phryn. p. 716. Sic etiam Marco, IV, 12. pro vulgari *ἀφεθῇ* ex codd. reddendum videtur *ἀφεθήσεται.* cf. Luc. XII, 58. Act. XXVIII, 27. De

---

*) Idem etiam de iis valere locis, ubi conjunctivus sequitur, observavit WINER. p. 180. Nec repugnare videtur l. Marc. XIII, 36. ubi *μή* aut ad *γρηγορεῖτε* referendum est, quod verbum *cavendi* notionem continet, aut ex omisso *ὁρᾶτε* pendet. Nam post talia verba etiam simplex *μή* usurpatur. Sed 2. Cor. IX, 4. *μήπως* integram sequitur sententiam. Neque enim cum WAHLIO. s. v. *μήπως* supplendum est *θέλω γάρ.* cf. 2 Cor. II, 7.

altero locorum genere vid. HERMANN. ad Soph. Electr. 992. Ai. 274. ad Eur. Med. p. 357. ed. Lips. STALLBAUM. ad Plat. Phileb. p. 13. WINER. gr. p. 181. In N. T. haec reperi exempla: Col. II, 8. *βλέπετε, μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας.* Hebr. III, 12. *βλέπετε, μήποτε ἔσται ἔν τινι ὑμῶν καρδία πονηρὰ ἀπιστίας.* Recteque huc refertur Rom. XI, 21. *εἰ ὁ θεὸς τῶν κατὰ φύσιν κλάδων οὐκ ἐφείσατο, μήπως οὐδὲ σοῦ φείσεται.* Nam quae FRITZSCHIO coni. p. 49. in mentem venit loci explicatio: „*num forte (tibi parcet?) ne tibi quidem parcet*", eam iure reiecit WINER. p. 181. Facillime enim subauditur verbum *ὅρα*, uti nos quoque: *dass er nur nicht auch deiner nicht schonen wird!* h. e. cave, ne nec tibi parciturus sit. Cf. HOOGEVEEN. p. 488. 508. ZEUN. ad Vig. p. 435. LAMBERT. BOS. ellips. p. 634. 651. ed. Schaefer. ibique editores. SCHAEFER. in indice ad Dionys. Hal. de comp. verb. p. 499. Vocula *οὐδέ* autem tantum abest, ut in tali locutione soloeca sit, ut Graecorum loquendi usui unice conveniat. Plat. Crit. p. 48. C. *ἃς δὲ σὺ λέγεις τὰς σκέψεις περί τε χρημάτων ἀναλώσεως καὶ δόξης, καὶ παίδων τροφῆς, μὴ ὡς ἀληθῶς ταῦτα — σκέμματα ᾖ τῶν ῥᾳδίως ἀποκτιννύντων — ἡμῖν δ', ἐπειδὴ ὁ λόγος οὕτως αἱρεῖ, μὴ οὐδὲν ἄλλο σκεπτέον ᾖ, ἢ ὅπερ νῦν δὴ ἐλέγομεν κ. τ. λ.* Plat. Men. p. 94. B. E. *μὴ οὐκ ᾖ διδακτὸν ἀρετή*, quae loca simul ad demonstrandam verbi *ὅρα* omissionem valent. De voculis *μὴ οὐ*, *ne non* significantibus cf. HOOGEVEEN. p. 508. SCHAEFER. melet. crit. p. 43. MATTH. gramm. min. §. 608. not. 1. Imo ex ipso N. T. locum afferre licet simillimum, Matth. XXV, 9. *ἀπεκρίθησαν δὲ αἱ φρόνιμοι, λέγουσαι· μήποτε οὐκ ἀρκέσῃ ἡμῖν καὶ ὑμῖν·*

unde corrigendum etiam erit, quod Winer. p. 179. dicit, μὴ οὐ in N. T. non nisi in interrogatione reperiri. Iam quae significatio sit futuri post μή adhibiti, nemini poterit obscurum esse. Cf. Winer. p. 181., et quae supra dicta sunt de part. ἵνα. Significat enim rem, quam evenire nolis, non in praesens cadere tempus, sed in futurum, ut v. c. illud μὴ φείσεται reddendum sit, non *ne parcat*, sed *ne parciturus sit*. Coniunctivus autem ponitur, ubi res praesens cogitatur. Sed in hac quoque re aliquid discriminis observandum est. Aut enim id, quod averti cupias, in illud ipsum tempus incidit, quo est verbum primarium, et tum quidem opus est praesenti coniunctivi (cuiusmodi est, quod Eur. Med. 310. reposuit Elmslei. εἴσω φρενῶν ὀῤῥωδία μοι, μή τι βουλεύῃς κακόν. Ex N. T. simile exemplum non in promtu est, sed conferri potest Luc. XIV, 8. ὅταν κληθῇς ὑπό τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὴν πρωτοκλισίαν· μήποτε ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλημένος ὑπ' αὐτοῦ). Aut illo tempore futurum quidem est, si rem accurate spectas, sed ita tamen, ut nihilominus quodammodo praesens cogitetur. Scilicet, quod inter utramque rem (illam puta, quam indicat sententia a μή incipiens et eam, quae praecedente enunciatione continetur) intercedit temporis discrimen, non distincte notatur, sed in unius fere temporis cogitationem utraque coniungitur. Et hic quidem tum aoristo tum praesenti locus est: aoristo, ubi significatur res cito transiens, praesenti in re diutius durante. Aoristus longe frequentissimus est. Marc. XIII, 5. βλέπετε, μήτις ὑμᾶς πλανήσῃ, quod non ita dicitur, ut insit certa ad futurum tempus relatio, sed ita potius, ut ad praesens tempus

verbum πλανήσῃ referatur. 2 Cor. XI, 3. XII, 21. 1 Thess. V, 15. Hebr. XII, 25. et plena praecedente sententia, Matth. IV, 6. (Luc. IV, 11.) VII, 6. XIII, 29. XV, 32. XXVII, 64. Luc. XIV, 12. 1 Cor. IX, 27. 2 Cor. II, 7. IX, 4. etc. Praesentis exemplum est Hebr. IV, 1. φοβηθῶμεν οὖν, μήποτε καταλειπομένης ἐπαγγελίας εἰςελθεῖν εἰς τὴν κατάπαυσιν αὐτοῦ, δοκῇ τις ἐξ ὑμῶν ὑστερηκέναι. Apparet autem, saepe utrovis modo rem cogitari posse, ut et futuro indicativi et coniunctivo locus sit, ut in locis sibi simillimis Matth. XXVI, 5. Marc. XIV, 2. Hinc etiam Matth. XXV, 9. vulgatum ἀρκέσῃ defendi poterit, sed magis arridet ἀρκέσει, quod in nonnullis libris legitur. Ceterum uti post ἵνα, ita etiam post μή, ubi bimembris sequitur enunciatio, posterius membrum, si ad ipsum sensum posterius est, per futurum exprimi solet, cuius rei iam supra posuimus exempla. Sed coniunctivus utrobique ponitur, ubi ad idem tempus utraque res refertur. Vid. Luc. XXI, 34. Ex his quum facile intelligatur, *temporis* inprimis significatione futurum indicativi a coniunctivo in his locutionibus differre, credibile tamen est, neque *modi* vim in indicativo plane interiisse. Imo qui indicativo utitur, simul indicare videtur, credere se, quod metuat, re vera effectum iri. Cf. HERMANN. ad Vig. et ad Eur. Med. l. c. Quae explicatio quum minime abhorreat a locis supra allatis, tum optime convenit cum ea significatione, qua praeteritum et praesens indicativi post eandem voc. μή adhibentur. Ac de his quidem nunc paucis dicendum est.

Praeterita indicativi post verba *timendi* et *cavendi* tum apud Graecos subiunguntur voculae μή, cum in-

dicatur opinio, accidisse iam, quod timeamus, vel cavere velimus. Vid. HERMANN. ad Vig. et Eur. Med. l. l. ad Soph. Ai. 272. BUTTMANN. ad Plat. Men. p. 47. POPPO ad Thucyd. I. p. 135. MATTHIAE gr. gr. p. 739. Eandem legem secuti sunt scriptores N. T. Gal. IV, 11. *φοβοῦμαι ὑμᾶς, μήπως εἰκῇ κεκοπίακα εἰς ὑμᾶς.* cf. WINER. ad h. l. et in gramm. p. 182. 1 Thess. III, 5. *ἔπεμψα εἰς τὸ γνῶναι τὴν πίστιν ὑμῶν, μήπως ἐπείρασεν ὑμᾶς ὁ πειράζων καὶ εἰς κενὸν γένηται ὁ κόπος ἡμῶν,* ubi *φοβούμενος* vel simile quid latet in verbis *ἔπεμψα — ὑμᾶς.* Bene h. l. explicuit WINERUS. WAHLIUS autem cum in clav. p. 575. *μήπως* h. l. oblique interrogantis esse contenderet, demonstrare debebat, recte sic dici potuisse coniunctivum *γένηται.* Quod cum de puriore Graecitate certo negari possit, aegre concesserim de sermone N. T. Scio, saepissime in interrogatione obliqua etiam post verba praeterita a scriptoribus sacris usurpari coniunctivum, sed omnia, quae ego novi, loca eiusmodi sunt, ut quaeratur, quid fieri debeat. Luc. XXII, 2. *ἐζήτουν οἱ ἀρχιερεῖς τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν.* XIX, 48. *οὐχ εὕρισκον τὸ τί ποιήσωσι.* Quod et ipsum contra morem Graecorum dictum esse, diserte docet HERMANN. ad Vig. p. 741. Ubi vero non, quid fieri debeat, quaeritur, sed quid fiat vel sit, ibi etiam in N. T. optativum videmus adhibitum, ut Luc. III, 15. *διαλογιζομένων πάντων ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν περὶ τοῦ Ἰωάννου, μήποτε αὐτὸς εἴη ὁ Χριστὸς, ἀπεκρίνατο ὁ Ἰωάννης κ. τ. λ.*, et apud ipsum Iohannem XIII, 24. *νεύει οὖν τούτῳ Σίμων, πυθέσθαι, τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει.* Unde Paulum quoque, si interrogative illa verba intelligi voluisset, optativo usurum fuisse, veri si-

millimum est. Sed casu accidit, ut, quod ego sciam, nullum exstet in scriptis Paulinis huiusmodi interrogationis exemplum. Retinenda igitur est vulgaris voculae μήπως interpretatio, cui optime coniunctivum convenire, non negabit, qui post particulas finales in N. T. nunquam optativum adhiberi cognoverit, de qua re alio loco copiosius exponetur *).

*) Contraria prorsus ratio est loci Gal. II, 2., in quo quum μήπως *ne* verti soleret, pauci intellexerunt, interrogative sumendum esse. cfr. WINER. p. 181., qui tamen, utram explicationem praeferat, ipse dubitat. Verba haec sunt: *ἀνέβην δὲ (εἰς Ἱεροσόλυμα) κατὰ ἀποκάλυψιν καὶ ἀνεθέμην αὐτοῖς τὸ εὐαγγέλιον, ὃ κηρύσσω ἐν τοῖς ἔθνεσι, (κατ᾽ ἰδίαν δὲ τοῖς δοκοῦσι), μήπως εἰς κενὸν τρέχω ἢ ἔδραμον.* Quod vulgo sic explicant; *exposui illis evangelium, quod trado gentilibus, metuens, ne frustra laborarem aut laborassem.* Sed primo dubitari potest de ratione grammatica. Nam si τρέχω pro coniunctivo habendum dicas (ut positus sit loco optativi ex more scriptorum ss.), obstabit modorum diversitas. Nam res ipsa non diversa, ut 1 Thess. III, 5., sed eadem in utroque verbo est. Sin pro indicativo haberi malis, repugnabit tempus praesens de re praeterita adhibitum. Nisi forte ad alterutrum defendendum aut diversis modis temporum diversitatem indicari, aut tempus praesens e sermonis recti et obliqui confusione explicari posse statueris. Posterior ratio WINERO defendi posse videtur, qui saepe id factum esse monet. Sed nescio, an nunquam factum sit post particulas finales. Nam coniunctivi in re praeterita positi exemplis nihil efficitur, cum optativus in N. T. nunquam post easdem particulas usurpari soleat. Sed multo magis vulgari voculae μήπως interpretationi ipse verborum sensus refragatur. Nam quis credat, Apostolo tum, cum iam per quatuordecim annos (vid. vs. praecedentem) tradendo evangelio dedisset operam, nec antea quemquam in indicandam suam docendi facultatem sumere voluisset arbitrum, quippe a deo ipse vocatus; quis credat, inquam, tum demum in mentem Apostolo venisse, ut, de suae doctrinae veritate ipse dubitans (indicativus enim significat, de contrario ipsi opinionem fuisse), indicio aliorum sese submitteret?

Praesens indicativi, similiter ut praeterita, apud Graecos tum sequitur voculam μή, cum rem a nobis pro vera

---

Haec et a Pauli ingenio et a praesenti disputatione, ubi in sua ipsius dignitate et auctoritate demonstranda unice occupatus est, plane abhorrent. Quod cum intelligeret Fritzschius, in coni. p. 50. ita huic loco succurrendum putavit, ut plena interpunctione post τοῖς δοκοῦσι posita, μήπως directe interrogantis esse statueret, hoc sensu: „*docui Hierosolymis doctrinam divinam. Num frustra operam meam in evangelium insumo aut insumsi? At ne Tito quidem, meo comiti, circumcisio ibi imposita est*, i. e. *quod interrogavi, recte pernegari, inde certo apparet, quod Titus, mea auctoritate munitus, non poterat ad circumcisionem adigi Hierosolymis.*" Bene ad rationem grammaticam; sed, quod vir doctissimus ipsi etiam cohaerentiae hac interpretatione bene consuluisse sibi visus est, in eo tantum abest, ut ipsi assentiar, ut etiam perturbasse mihi videatur sententiarum nexum. Etenim si directe Paulus interrogaret, interrogatio ad ipsos lectores pertineret, ut hoc significaret Apostolus, velle se, ut ipsi lectores de sua ipsius docendi facultate munerisque sui fructibus iudicent. At his quidem verbis non id in universum agit Apostolus, ut lectoribus de ea re persuadeat, sed hoc vult demonstrare, ceteros Apostolos ipsius auctoritatem apostolicam agnoscere coactos fuisse. Cum hac sententia aptissime cohaerent, quae statim sequuntur verba. Nam quod Titus Hierosolymis non erat circumcisus, id documento fuit, reveritos esse Apostolos dignitatem Pauli, qui auctor exstiterat, ne ille circumcideretur. Itaque dubium non est, quin μήπως oblique interrogantis sit, recteque Winerus observavit, interrogandi notionem in praecedente verbo ἀνεθέμην latere. In qua re cum propria optativi sedes sit (praecessit enim verbum praeteriti temporis. vid. loc. supra cit. Luc. III, 15. Coniunctivo locus esset in re praesenti, ut 2 Tim. II, 25. cf. Herm. ad Vig. p. 810.), potuit tamen etiam indicativus dici, ita quidem, ut ex usu apud Graecos frequentissimo e sermone obliquo transiretur in orationem rectam. Cui quum et ipsa verborum tempora accommodari soleant, optime hinc explicari potest praesens τρέχω. Eodem modo Plutarchus dixit loco a Devario p. 215. ed. Reusm. citato, καὶ περὶ τῶν φόρων ἠρώτησε, μὴ βαρεῖς εἰσί. Winerus de

haberi significare volumus. Vid. VALCKENAR. ad Eurip. Phoen. 91. HERMANN. ad Vig. 810. ad Soph. Ai. 272. ad Electr. 571. Philoct. 30, 492. ad Eur. Med. 354. SCHAEFER. melet. crit. p. 115. BUTTMANN. ad Plat. Menon. p. 47. In N. T. unum huiusmodi exstat exemplum Luc. XI, 35. *σκόπει οὖν, μὴ τὸ φῶς τὸ ἐν σοὶ σκότος ἐστίν, dass nicht das Licht in dir Finsterniss ist*, h. e. vide, ne, cum primum de ea re cogites, lumen, quod in te est, iam abierit in caliginem. Aliter enim opinio de rei veritate h. l. propterea indicari nequit, quod non de certo quodam homine sermo est, sed sententia profertur generalis. cf. WINER. p. 181. Locum Matth. XXIV, 6. *ὁρᾶτε, μὴ θροεῖσθε*, huc non pertinere, cum *θροεῖσθε* non indicativus sit, sed imperativus, recte monuit FRITZSCH. in comment. ad h. l. p. 700., qui H. Stephanum propter receptam post *ὁρᾶτε* virgulam merito laudat; eademque laude dignus est HOOGEVEEN. de part. p. 482. ed. Schütz. Cf. Matth. VIII, 4. IX, 30. Marc. XIII, 7. Neque tamen FRITZSCHIUS *θροεῖσθε* pro indicativo haberi posse propterea negare debebat,

---

indicativo conferri iubet SEIDLERUM ad Eur. Troad. p. 26. et SCHAEFERUM Melet. crit. p. 115. Sed quae ab his disputata sunt, ad eum indicativi usum spectant, quo in ipsa interrogatione obliqua (hanc enim istis locis inesse volunt) adhibetur, non repetendus e sermone recto. Quem usum si in nostrum transferres locum, significaretur, Paulum pro vero habuisse, quod interrogaret, quod alienum est. Imo ob id unum h. l. positus est indicativus, quod in oratione recta diceretur, *μήπως εἰς κενὸν τρέχω, ἢ ἔδραμον;* Vertendus igitur locus est: *Exposui illis evangelium, quod inter gentiles trado* (*ut iudicarent*), *num forte frustra currerem, aut cucurrissem*, h. e. *num operam in docendo perderem aut perdidissem.*

quod μή tum demum cum indicativo iungatur, si interrogandi vim habeat, ut si dicas, μὴ τοῦτο ἀληθές ἐστι; Eandem enim voculam etiam tum, si e verbis *cavendi* pendeat, recte cum indicativo coniungi, et Lucae l. c. et Graecorum usus demonstrant. Verum est, his quoque locis μή interrogative accipi posse (cf. HERMANN. et SCHAEFER. loc. cit.), sed FRITZSCHIUS non nisi de interrogatione directa videtur cogitasse. Imo propterea θροεῖσθε pro indicativo haberi nequit, quod ab hoc quidem loco illa structura abhorret. Neque enim de praesenti aliqua perturbatione sermo est, sed de futura, qua eo tempore, quo Christus loquebatur, ne poterant quidem discipuli concitari.

§. 7.

De indicativo post voculas οὐ μή.

Cum eo, quem praecedente paragrapho tractavimus, indicativi usu quodammodo ille cohaeret, qui est post negationes *οὐ μή*. De quibus voculis quam vehementer nostra aetate a viris doctis disputatum sit, nemo ignorat. Ac primo, quam DAWESIUS (misc. crit. p. 221. sq.) proposuerat sententiam, *οὐ μή* non iungi posse coniunctivo aoristi I. act. et med., ea, quum multis antea probata esset, nunc tandem penitus videtur explosa esse. Cf. HEINDORF. ad Plat. Phaed. p. 44. AST. ad Plat. de Republic. X, 9. p. 622. REISIG. comment. crit. in Oed. Col. p. 251. ELMSLEI. ad Oed. Col. 177 HERMANN. ad Soph. Ai. 557. Philoct. 381. Eidemque canoni etiam sacrorum scriptorum usum repugnare, exemplis demonstravit WAHL. in clav. p. 568. His ad-

dere licet Matth. X, 23. *οὐ μὴ τελέσητε*, ib. 42. *οὐ μὴ ἀπολέσῃ*. Marc. XVI, 18. *οὐ μὴ βλάψῃ*. Ioh. IV, 14. *οὐ μὴ διψήσῃ* ib. 48. *οὐ μὴ πιστεύσητε*. VIII, 51. *οὐ μὴ θεωρήσῃ*. X, 5. *οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν*. Act. XIII, 41. *οὐ μὴ πιστεύσητε*. Gal. IV, 30. *οὐ μὴ κληρονομήσῃ*. 1 Thess. IV, 15. *οὐ μὴ φθάσωμεν*. Hebr. VIII, 11. *οὐ μὴ διδάξωσιν*, et cum aoristo I. med. Ioh. VIII, 52. *οὐ μὴ γεύσηται*. Quamquam uno alterove loco fortasse aliis de causis futurum reponendum erit. Neque de explicatione illarum negationum inter viros doctos convenit. Vid. Ast. ad Plat. de Rep. I, 15. p. 365. Elmslei. ad Eur. Med. 1120. ad Soph. O. C. l. c. Reisig. ad eundem l. c. Hermann. ad Eur. Med. p. 389. sq. ed. Lips. ad Soph. Electr. 1041. Philoct. 381. 416. Oed. Col. 853. Nos hoc quidem loco illud potissimum quaerere attinet, quae differentia sit inter futurum indicativi et aoristum coniunctivi *). Quam postremo loco ita constituit Hermannus, ut dicat, coniunctivo aoristi locum esse aut in eo, quod iam actum sit **), aut in re incerti temporis, sed semel vel brevi temporis momento agenda: futuri autem usum ad ea pertinere, quae aut diuturniora aliquando eventura indicare velimus, aut non aliquo quocunque, sed remotiore aliquo tempore dicamus futura esse. Quam quidem viri summi observationem etiam sacrorum scriptorum usus egregie videtur confirmare. Nam futurum indicativi in N. T. primo ibi videmus adhibitum, ubi res, quae negatur,

---

*) Praesens coniunctivi, de quo Hermannus dixit loc. c. et ad Soph. O. C. 1028. in N. T. post *οὐ μή* non reperitur.

**) Neque huius rei exemplum inveni in libris sacris.

non cuiuslibet, sed unius ac certi temporis est eiusque talis, quod quando futurum sit, iam nunc definite cogitatur: quamquam, quod HERMANNUS dicit, *remotius* hoc tempus esse debere, id certe Novi T. usu non comprobatur. Ita Matth. XVI, 22. quum Christus dixisset, Hierosolyma sibi proficiscendum esse, ut multa ibi pateretur ipsamque subiret mortem, respondit Petrus: *ἵλεώς σοι, κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.* Matth. XXVI, 35. *κἂν δέῃ με σὺν σοὶ ἀποθανεῖν, οὐ μή σε ἀπαρνήσομαι*, h. e. *non abdicabo te* (eo tempore, quo Christus id futurum esse dixerat), *etiamsi mihi tecum moriendum sit.* Eodem modo Marc. XIV, 31. quamquam utroque loco pars codd. *ἀπαρνήσωμαι* suppeditat. Luc. XXII, 34. et Ioh. XIII, 38. *οὐ μὴ φωνήσει σήμερον ἀλέκτωρ, πρὶν ἢ τρὶς ἀπαρνήσῃ μὴ εἰδέναι με*, ubi perpauci *φωνήσῃ.* Apoc. IX, 6. *καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ζητήσουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν θάνατον, καὶ οὐ μὴ εὑρήσουσιν αὐτόν*, ubi rursus alii *εὕρωσιν* vel *εὑρήσωσιν.* Deinde futurum ad indicandam rem durantem adhibetur. Ioh. VIII, 12. *ὁ ἀκολουθῶν ἐμοὶ οὐ μὴ περιπατήσει ἐν τῇ σκοτίᾳ, ἀλλ᾽ ἕξει τὸ φῶς τῆς ζωῆς.* Sic enim recte edidit GRIESBACH., repudiato coniunctivo, qui hic quoque in quibusdam libris est. Coniunctivo autem locus esse videtur aut in re unius quidem ac per se certi temporis, sed talis, quod quando futurum sit, prorsus ignoratur, aut in ea re, quae nulli futuri temporis momento propria est, veluti in sententia generali. Utroque autem modo aoristus spectat ad rem celeriter peragendam. Ad prius genus retulerim Matth. V, 20. *οὐ μὴ εἰςέλθητε εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν*, quae verba recurrunt Matth. XVIII, 3. Marc. X, 15. Luc. XVIII,

17. Adde Matth. V, 26. X, 23. XXIII, 39. XXIV, 2. (Marc. XIII, 2.) ib. 34. Gal. IV, 30. 1 Thess. IV, 15. V, 3. Hebr. VIII, 11. 12. Apoc. XXI, 25, 27. Posteriori generi adscribenda videntur Matth. X, 42. XV, 5. Ioh. IV, 14. Accedunt Matth. XXIV, 21.*) (Marc. XIII, 19.) ib. 35. (Marc. XIII, 31.) Marc. XIV, 25. (Luc. XXII, 16. 18.) Luc. I, 15. 1 Cor. VIII, 13., quibus locis omnibus, quoniam haud unquam res futura esse dicitur, tollitur ad certum tempus relatio. Sed in re tam ambigua fieri non potest, quin multa reperiantur loca, quibus quid faciendum sit, merito dubites, idque tanto magis in tanta lectionum discrepantia. Inspicias quaeso loca Matth. XVI, 28. et Luc. IX, 27. *εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑστώτων, οἵτινες οὐ μὴ γεύσωνται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου κ. τ. λ.* Plurimorum enim optimorumque librorum suffragia (apud Luc. maxime) futurum *γεύσονται* commendant. Alia ratio est loci Ioh. VIII, 52. *ἐάν τις τὸν λόγον μου τηρήσῃ, οὐ μὴ γεύσηται θανάτου εἰς τὸν αἰῶνα*, ubi non de vera morte sermo est, sed de altera translate sic saepissime in N. T. dicta, quam unquam illis subeundam esse Christus negat. Accedit, quod huic quidem loco sententia inest generalis. Quare cum per se improbanda videatur multorum librorum lectio *γεύσεται*, etiam magis propterea improbanda est,

*) Verba sunt: *ἔσται τότε θλίψις μεγάλη, οἵα οὐ γέγονε — οὐδ' οὐ μὴ γένηται.* Simillima loca vid. apud Lobeck. ad Phryn. p. 723. Schaefer. melet. crit. p. 110. Ceterum et h. l. et Marc. XIV, 25. (Luc. XXII, 16.) *οὐκέτι οὐ μὴ πίω ἐκ τοῦ γεννήματος τῆς ἀμπέλου*, et Apoc. XVIII, 14. *οὐκέτι οὐ μὴ εὑρήσῃς αὐτά*, observanda est duplex negatio. Cf. Marc. XIII, 19. Apoc. XVIII, 21. sq.

quod versu praecedente in simillima sententia coniunctivum omnium codd. summus tuetur consensus. Verba sunt ἐάν τις τὸν λόγον τὸν ἐμὸν τηρήσῃ, θάνατον οὐ μὴ θεωρήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα. Secus est apud Matth. et Lucam. Ubi etsi coniunctivum recte dici potuisse dubio caret, ut in re certa sed incerto tempore futura, tamen, quum ipsa temporis descriptio satis sit ambigua et e sola cogitatione nostra saepissime pendeat, neque indicativum temere damnaverim. Simili dubitationi obnoxius est loc. Marc. XVI, 18. κἂν θανάσιμόν τι πίωσιν, οὐ μὴ αὐτοὺς βλάψῃ. Nam hic quoque innumera subsidia pro indicativo pugnant. Sed tamen cum GRIESBACHIO coniunctivum servare malim, qui fortasse et Luc. XVIII, 7. ὁ δὲ θεὸς οὐ μὴ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς*); reponendus est. Alteram legem de futuri usu supra propositam neglectam credas Ioh. X, 5. ἀλλοτρίῳ οὐ μὴ ἀκολουθήσωσιν, ἀλλὰ φεύξονται. Licebit sane e nonnullis libris indicativum recipere, sed magna in huiusmodi locis opus est cautione. Nam quod in sententia affirmativa necessario requireretur, propterea non in negativa necessarium est, quoniam qui negat rem per se diuturniorem, indicat, haud ullo temporis momento futuram esse, vel ne inceptum quidem iri. Cf. Ioh. IV, 14. ὃς δ' ἂν πίῃ ἐκ τοῦ ὕδατος, οὗ ἐγὼ δώσω αὐτῷ, οὐ μὴ διψήσῃ εἰς τὸν αἰῶνα, quod in sententia affirmativa dicendum fuisset διψήσει εἰς τὸν αἰῶνα.

---

*) Huius loci oblitus erat WINERUS, quum in gramm. p. 179. semel tantum in N. T. (Ioh. XVIII, 11.) οὐ μὴ interrogative legi diceret.

In his igitur fere nihil est, quod a Graecorum usu abhorreat. Sed sunt tamen nonnulla loca, quorum singularis quaedam ratio esse videatur. Nam cum fere ubique particulae οὐ μή graviter et cum vi quadam negare soleant, ut si vernacule dicas: *dass das nur nicht geschehen sollte* vel *das soll gewiss nicht geschehen*, quibusdam tamen locis simplicis negationis vice fungi videntur. Luc. XXII, 67. 68. *ἐὰν ὑμῖν εἴπω, οὐ μὴ πιστεύσητε· ἐὰν δὲ καὶ ἐρωτήσω, οὐ μὴ ἀποκριθῆτέ μοι, ἢ ἀπολύσητε.* Ioh. IV, 48. *ἐὰν μὴ σημεῖα καὶ τέρατα, ἴδητε, οὐ μὴ πιστεύσητε.* Cf. Matth. XIII, 14. Luc. VI, 37. Quamquam in his minus offendo: vertere enim licet: *dass ihr mir nur nicht glaubtet.* Alia paulo insolentiora sunt, talia maxime, ubi praecedit pronomen relativum, ut Marc. XIII, 2. *οὐ μὴ ἀφεθῇ λίθος ἐπὶ λίθῳ, ὃς οὐ μὴ καταλυθῇ.* (Act. XIII, 41. *ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ἔργον, ᾧ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν.*) Luc. XVIII, 29. 30. *οὐδείς ἐστιν, ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν ἢ γονεῖς — ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ κ. τ. λ.* Rom. IV, 8. *μακάριος ἀνήρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν*, quae eodem modo leguntur ap. LXX. Psalm. XXXII, 2. Sed certi quid de his omnibus nunc quidem non ausim statuere. Ceterum conferri potest memorabile illud Lesbonactis testimonium, quod attulit Lobeck. ad Phryn. p. 722. *τῶν δὲ Ἀττικῶν τὸ συντάσσειν τὸ μὴ μέτα μέλλοντος χρόνου· μὴ πείσομαι. ἐστὶ δὲ τὸ σχῆμα τῶν περὶ Ἀντιφῶντα· σπανίως δὲ καὶ Ὅμηρος κέχρηται· ἡμεῖς δὲ τὰς ἐξ ἀμφοτέρων φωνὰς τήν τε μὴ ἀπαγόρευσιν, καὶ τὴν οὐ ἄρνησιν ὑποτακτικοῖς ῥήμασι*

συντάσσομεν, οἷον· οὐ μὴ διαλεχθῶ σήμερον, οὐ μὴ εἴπω. Legitur in VALKENARII edit. Ammonii. p. 187.

§. 8.

De indicativo in oratione obliqua.

Transimus ad indicativum in oratione obliqua adhibitum: in qua re quum a Graecorum usu vix discesserint scriptores ss., paucis defungi licebit. Omnino in N. T. simplicissimus est orationis obliquae usus. Nam quotquot reperiuntur exempla, fere omnia singulis enunciationibus continentur, quae pendent e praecedente verbo finito. Longiores enim sermones, quae est popularis linguae simplicitas, ubique recta oratione proferuntur, eodemque modo etiam breviores saepissime proponuntur sententiae. Optativus autem quam parce in hac re sit adhibitus, inde intelligitur, quod apud solum Lucam pauca reperiuntur illius exempla, nulla apud reliquos scriptores, si ab uno Iohannis loco discesseris. Atque horum locorum (quae omnia interrogationem continere, notandum est) magna pars ita comparata est, ut optativus etiam rectae orationi conveniat. Vid. Luc. I, 62. VI, 11. IX, 46. Act. V, 24. X, 17. XXI, 33. Ioh. XIII, 24. coll. Act. II, 12. XVII, 18. 20., quibus locis omnibus adiecta est particula *ἄν*. Voculam *ἄρα* subiectam habes Luc. XXII, 23. Act. XVII, 27. Sed nudus optativus reperitur Luc. I, 29. III, 15. VIII, 9. XV, 26. XVIII, 36. Act. XVII, 11. XXV, 20. Ex his quam late pateat indicativi usus*), sponte intelligitur; quamquam, ubi-

*) De coniunctivo supra (p. 61.) dictum est. Adhibetur post

cunque usurpatus est, eiusmodi esse videtur, ut etiam a Graecis dici potuerit. Licet autem universam exemplorum multitudinem ad duo revocare genera. Quorum prius illud est, ubi, qui loquitur, rem veram esse, ipse significat. Cf. MATTHIAE §. 507. WINER. p. 121. et quos laudat, STALLBAUM. ad Plat. Eutyphr. p. 46. HEINDORF. ad Plat. Hipp. mai. p. 162. Exempla ubivis obvia sunt. 1 Tim. IV, 1. *τὸ δὲ πνεῦμα ῥητῶς λέγει, ὅτι ἐν ὑστέροις χρόνοις ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως.* Marc. IX, 9. *διεστείλατο αὐτοῖς, ἵνα μηδενὶ διηγήσωνται, ἃ εἶδον.* Luc. VIII, 47. *ἰδοῦσα δὲ ἡ γυνή, ὅτι οὐκ ἔλαθε, δι' ἣν αἰτίαν ἥψατο αὐτοῦ.* Act. X, 17. *διηπόρει ὁ Πέτρος, τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα ὃ εἶδε.* Alterum genus ea complectitur loca, in quibus indicativus e confusione orationis rectae et obliquae explicandus est. Cf. MATTHIAE gr. l. c. Matth. XVII, 10. *τί οὖν οἱ γραμματεῖς λέγουσιν, ὅτι Ἠλίαν δεῖ ἐλθεῖν πρῶτον;* Solet autem, ubi de re praeterita sermo est, non solum modus verbi, sed etiam tempus e sermone recto in orationem obliquam transferri. Marc. X, 2. *ἐπηρώτησαν αὐτὸν, εἰ ἔξεστιν ἀνδρὶ γυναῖκα ἀπολῦσαι.* Act. X, 18. *φωνήσαντες ἐπυνθάνοντο, εἰ Σίμων, ὁ ἐπικαλούμενος Πέτρος, ἐνθάδε ξενίζεται*).* Marc. XIV, 35. *προσηύχετο, ἵνα,*

---

ipsa tempora praeterita tum, cum quaeritur, quid fieri debeat, uti in illo *ἐζήτουν τὸ πῶς ἀνέλωσιν αὐτόν.* Cum his cave confundas, quae leguntur Luc. VI, 11. *διελάλουν πρὸς ἀλλήλους, τί ἂν ποιήσειαν τῷ Χριστῷ·* Nam horum verborum sensus est: *quid facere possent.*

*) Haec in sermone recto dicerentur aut sine vocula *εἰ*, ut ea ad solam interrogationem obliquam pertineat, aut addita eadem particula. Saepe enim in N. T., apud Lucam maxime, in ipsa interrogatione recta *εἰ* adhibetur, quamquam dubium non est, quin ex

εἰ δυνατόν ἐστι, παρελθῇ ἀπ' αὐτοῦ ἡ ὥρα. Luc. XVIII, 9. *εἶπε δὲ καὶ πρός τινας τοὺς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς,*

---

obliquo demum sermone in orationem rectam transierit. Sed fuit nuper, qui hunc usum a scriptoribus sacris abiudicaret, FRITZSCHIUS ad Matth. p. 425., quare non abs re fore existimo, si pauca de ea re dixerim. Apud ipsos Graecos voculam *εἰ* nonnunquam directe interrogantis esse, post ZEUNIUM ad Vig. p. 506. contendit STALLBAUM. ad Plat. Phileb. p. 117., refragante tamen cum aliis BORNEMANNO ad Xenoph. Apol. Socr. §. 5. p. 39. Sed Novo T. ne BORNEMANNUS quidem hunc usum abnegavit. Vide eundem in ROSENM. Repert. II. p. 235. Nec poterit abnegare, qui tot tamque certa exempla reperiri cognoverit. Nam, ut in tali loco, qualis est Matth. XII, 10. (Luc. XIV, 3.), *ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες, εἰ ἔξεστι τοῖς σάββασι θεραπεύειν;* interrogationem oblique accipi posse concedam (invitus licet, ut qui post huiusmodi participia fere abundanter adiecta plerumque sermone recto verba proferri sciam, ut Matth. X, 5. *τούτους τοὺς δώδεκα ἀπέστειλεν ὁ Ἰησοῦς, παραγγείλας αὐτοῖς, λέγων· εἰς ὁδὸν ἐθνῶν μὴ ἀπέλθητε, καὶ εἰς πόλιν Σαμαρειτῶν μὴ εἰςέλθητε·* Vid. WAHL. cl. p. 513.), multa tamen supersunt loca, quae hanc explicationem prorsus respuant. Non affero locum Matth. XX, 14. 15. *θέλω δὲ τούτῳ τῷ ἐσχάτῳ δοῦναι, ὡς καὶ σοί· ἢ οὐκ ἔξεστί μοι ποιῆσαι ὃ θέλω ἐν τοῖς ἐμοῖς; εἰ ὁ ὀφθαλμός σου πονηρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι;* ubi pars codd. exhibet *ἤ*, quod recepit FRITZSCHIUS, quamquam equidem et h. l. praetulerim *εἰ*, a GRIESBACHIO commendatum, repositum a KNAPPIO. Nam multo facilius *εἰ* mutari potuit in *ἤ*, quod proxime praecessit, quam contra: recteque illud dici potuit, si per se cogitaretur posterior interrogatio, non habita ratione praegressae v. 14. sententiae. Sed vide mihi talia: Luc. XIII, 23. *εἶπε δέ τις αὐτῷ· κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι;* XXII, 49. *ἰδόντες δὲ οἱ περὶ αὐτὸν τὸ ἐσόμενον, εἶπον αὐτῷ· κύριε, εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ;* ubi interrogationem rectam vocativus prodit. Eandem ipsa verbi persona indicat Act. I, 6. *οἱ μὲν οὖν συνελθόντες ἐπηρώτησαν αὐτὸν, λέγοντες· κύριε, εἰ ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ ἀποκαθιστάνεις τὴν βασιλείαν τοῦ Ἰσραήλ;* qui locus simul, quod de l. Matth. XII, 10. Luc. XIV, 3. diximus, egregie confirmat. Act. XIX, 2. *εἶπε*

ὅτι εἰσὶ δίκαιοι — τὴν παραβολὴν ταύτην. XXII, 24. ἐγένετο δὲ καὶ φιλονεικία ἐν αὐτοῖς, τὸ τίς αὐτῶν δοκεῖ εἶναι μείζων. XXIII, 6. Πιλάτος ἐπηρώτησεν, εἰ ὁ ἄνθρωπος Γαλιλαῖός ἐστι; XXIV, 21. ἡμεῖς δὲ ἠλπίζομεν, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ μέλλων λυτροῦσθαι τὸν Ἰσραήλ. Quod etiam tum fit, cum significatur res vere facta. Marc. II, 8. καὶ εὐθέως ἐπιγνοὺς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι οὕτως αὐτοὶ διαλογίζονται ἐν ἑαυτοῖς, εἶπεν αὐτοῖς κ. τ. λ. Ioh. IV, 1. ὡς οὖν ἔγνω ὁ κύριος, ὅτι ἤκουσαν οἱ φαρισαῖοι, ὅτι Ἰησοῦς πλείονας μαθητὰς ποιεῖ καὶ βαπτίζει, ἢ Ἰωάννης — ἀφῆκε τὴν Ἰουδαίαν. Ioh. XIII, 24. νεύει οὖν τούτῳ Σίμων Πέτρος, πυθέσθαι, τίς ἂν εἴη περὶ οὗ λέγει. Act. XXI, 33. ἐπυνθάνετο, τίς ἂν εἴη, καὶ τί ἐστι πεποιηκώς; ubi observanda est modorum diversitas. Vid. Winer. p. 122. Adde Matth. II, 22. XVI, 20. 21. XX, 30. XXI, 45. Marc. II, 1. V, 14. VI, 55. X, 47. Luc. VII, 37. IX, 33. Ioh. VI, 5. etc. Ad-

---

πρὸς αὐτούς· εἰ πνεῦμα ἅγιον ἐλάβετε πιστεύσαντες; Nec minus certa sunt illa exempla, ubi pronomen primae vel secundae personae post εἰ adhibitum est. Act. XXI, 37. ὁ Παῦλος λέγει τῷ χιλιάρχῳ· εἰ ἔξεστί μοι εἰπεῖν τι πρὸς σέ; Act. XXII, 25. εἶπε πρὸς τὸν ἑστῶτα ἑκατόνταρχον ὁ Παῦλος· εἰ ἄνθρωπον Ῥωμαῖον καὶ ἀκατάκριτον ἔξεστιν ὑμῖν μαστίζειν; Hinc iam optime explicari poterit l. Matth. XVII, 4. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Πέτρος εἶπε τῷ Ἰησοῦ. κύριε, καλόν ἐστιν ὑμᾶς ὧδε εἶναι· εἰ θέλεις, ποιήσωμεν τρεῖς σκηνάς, σοὶ μίαν καὶ Μωϋσῇ μίαν, καὶ μίαν Ἠλίᾳ; interrogandi signo post Ἠλίᾳ posito. Nam recte monuit Fritzschius ad h. l. in sententia conditionali non locum esse coniunctivo adhortationem significanti. Quod ipsum permovit, ut levius interpositum putaret εἰ θέλεις, hoc modo: *exstruamus tria tentoria, nisi tibi molestum erit.* Sed vereor, ut id fieri possit, quum verba εἰ θέλεις ita praecedant, ut verae conditionis potestatem vix exuere posse videantur.

scribam exempla quaedam utriusque sermonis insolentius commixti. Act. I, 4. 5. συναλιζόμενος παρήγγειλεν αὐτοῖς, ἀπὸ Ἱεροσολύμων μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου. ὅτι Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ. XVII, 3. διελέγετο αὐτοῖς ἀπὸ τῶν γραφῶν, διανοίγων καὶ παρατιθέμενος, ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν καὶ ἀναστῆναι ἐκ νεκρῶν, καὶ ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστὸς Ἰησοῦς, ὃν ἐγὼ καταγγέλλω ὑμῖν· XXIII, 22. ὁ μὲν οὖν χιλίαρχος ἀπέλυσε τὸν νεανίαν, παραγγείλας μηδενὶ ἐκλαλῆσαι, ὅτι ταῦτα ἐνεφάνισας πρός μέ· Cf. FRITZSCH. in II. diss. ad Cor. II. p. 70.

§. 9.

De indicativo cum particula ἄν coniuncto.

Superest, ut dicatur de indicativo comitem habente voculam *ἄν*. In qua re illud valde doleo, quod uti nondum licuit HERMANNI libro, de hac vocula conscripto, quem his diebus in Britannia prelo prodire fama est. Nunc pro facultate nostra qualicunque, quae ad illustrandum scriptorum sacrorum usum pertineant, explicare studebimus. Constat autem duplicem usum esse indicativi cum *ἄν* coniuncti. Aut enim in sententia conditionali adhibetur, ut significet rem, quae fuisset vel esset vel futura esset, si aliud quid evenisset vel eveniret vel eventurum esset, quod secus est. Aut extra conditionem dicitur, hac potestate, ut, quod nudus indicativus ut certissimum proponeret, adsumta voc. *ἄν* magis incertum reddat. In utraque vero causa, si rem accurate spectas, eadem est voculae significa-

tio. Quae omnia quomodo intelligi velimus, infra explicabitur. Nunc de priore usu dicendum est singulatim, de quo inprimis conferendi sunt Hermann. ad Vig. p. 820. sq. Stallbaum. ad Plat. Eutyphr. p. 51. sq. Matthiae gr. gr. §. 508. Buttmann. §. 126. Qui quae de Graecis praeceperunt, ea etiam de ss. scriptorum usu valere docuerunt Wahl. clav. s. v. *ἄν*. Winer. p. 127. sq. Fritzsch. in II. diss. de Cor. II. p. 68. sq. et in Coniect. p. 34. sqq. Notissimum autem est, in hoc genere non locum esse nisi praeteritis imperfectis vel plusquamperfectis vel aoristis, cuius rei rationem perspicue explicuerunt Hermannus et Stallbaumius l. c. Et aoristus quidem tum usurpatur, cum significari debet, praeterito tempore aliquid eventurum fuisse, si aliud quid factum esset, quod re vera non factum est. Matth. XI, 21. *εἰ ἐν Τύρῳ καὶ Σιδῶνι ἐγένοντο αἱ δυνάμεις αἱ γενόμεναι ἐν ὑμῖν, πάλαι ἂν ἐν σάκκῳ καὶ σποδῷ μετενόησαν.* ib. 23. Luc. X, 13. Rom. IX, 29. 1 Cor. II, 8. De futuro tempore aoristus adhibitus videtur Matth. XXIV, 22. (Marc. XIII, 20.) *εἰ μὴ ἐκολοβώθησαν αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι, οὐκ ἂν ἐσώθη πᾶσα σάρξ· διὰ δὲ τοὺς ἐκλεκτοὺς κολοβωθήσονται αἱ ἡμέραι ἐκεῖναι.* Sermo enim est de excidio Hierosolymorum. Sed illud *ἐκολοβώθησαν* recte potest ad consilium de contrahendis istis diebus referri, nunc iam a deo captum. Unde apud Marcum etiam in sequentibus verbis pro futuro *κολοβωθήσονται* legitur aoristus *ἐκολόβωσε.* Verba *ἂν ἐσώθη* autem fortasse ita explicare licet, ut cum decreto divino ipsa res quasi peracta cogitetur. Imperfectum adhibetur ad indicandam rem, quae nunc praesens esset, si alia res, e qua illa pendet, esset vel fieret, quae

non fit. Luc. VII, 39. *οὗτος εἰ ἦν προφήτης, ἐγίνωσκεν ἄν, τίς καὶ ποταπὴ ἡ γυνὴ, ἥτις ἅπτεται αὐτοῦ, ὅτι ἁμαρτωλός ἐστι.* Luc. XVII, 6. Ioh. V, 46. VIII, 19. XVIII, 36. Rom. VII, 7. 1. Cor. XI, 31. XII, 19. Gal. I, 10. Hebr, VIII, 4. Plusquamperfecto pariter atque imperfecto locus est in re praesenti, sed tali, cuius initium iam in praeteritum tempus incidit. Ioh. XIV, 7. *εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν.* h. e. *wenn ihr mich kennen gelernt hättet und nun mich kennetet.* In his nihil est, quod dubitationem moveat aut Graecorum usui repugnet. Sed sunt tamen in hoc genere nonnulla, quae accuratiore explicatione indigere videantur *). Ac primo quidem quaeritur de ipsorum temporum ratione. Offendimus enim passim loca, quae si ex iis, quas modo commemoravimus, legibus aestimaveris, commutata credas tempora alterumque pro altero positum. Neque vero illa huc refero loca, in quibus aliud tempus protasis habet, aliud apodosis. Quod tum necessario fit, si ipsae res, quae commemorantur, in varia tempora incidunt. Ita saepe imperfectum et aoristus iunguntur. Hunc apodosis habet Matth. XXIV, 43. *ἐκεῖνο δὲ γινώσκετε, ὅτι, εἰ ᾔδει ὁ οἰκοδεσπότης, ποίᾳ φυλακῇ ὁ κλέπτης ἔρχεται, ἐγρηγόρησεν ἄν, καὶ οὐκ ἂν εἴασε διορυγῆναι τὴν οἰκίαν*

---

*) Obiter moneo, Act. XX, 16. *ἔσπευδε γὰρ, εἰ δυνατὸν ἦν αὐτῷ, τὴν ἡμέραν τῆς πεντηκοστῆς γενέσθαι εἰς Ἱεροσόλυμα*, indicativum propterea positum videri, ut significaretur, non evenisse, quod optasset Paulus. Alii optativum *εἴη* exhibent vel pro verbis *εἰ δυνατὸν ἦν αὐτῷ* solam voc. *εἰς* praebent. Sed Act. XI, 17. *ἐγὼ δὲ τίς ἤμην δυνατὸς κ. τ. λ.* imperfectum propria sua vi positum est, ut referatur ad tempus praeteritum.

αὐτοῦ, ad quem locum bene Fritzschius: „*εἰ ᾔδει*. h. l. *si sciret* et *ἐγρηγόρησεν ἄν attendisset*. Falso alii reddunt, *si sciret* — *vigilaret*. Sed informavit animo Iesus patremfamilias, cui fur perfossis noctu parietibus noxam iam apportavisset.“ Illud *ᾔδει*, *ποίᾳ φυλακῇ ἔρχεται* autem res est, quae etiam nunc praesens cogitari potest. Ioh. IV, 10. *εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν θεοῦ καὶ τίς ἐστιν ὁ λέγων σοι· δός μοι πιεῖν· σὺ ἂν ᾔτησας αὐτὸν καὶ ἔδωκεν ἄν σοι ὕδωρ ζῶν*. XIV, 2. *ἐν τῇ οἰκίᾳ τοῦ πατρός μου μοναὶ πολλαί εἰσιν. εἰ δὲ μή, εἶπον ἂν ὑμῖν*, ubi post *εἰ δὲ μή* subaudiendum est *ἦσαν*. XIV, 28. *εἰ ἠγαπᾶτέ με, ἐχάρητε ἄν, ὅτι πορεύομαι πρὸς τὸν πατέρα*. XVIII, 30. *εἰ μὴ ἦν οὗτος κακοποιὸς, οὐκ ἄν σοι παρεδώκαμεν αὐτόν*. Act. XVIII, 14. *εἰ μὲν οὖν ἦν ἀδίκημά τι ἢ ῥᾳδιούργημα πονηρὸν, ὦ Ἰουδαῖοι, κατὰ λόγον ἂν ἠνεσχόμην ὑμῶν*. Rom. VII, 7. *τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν· οὐκ ἐπιθυμήσεις*. Gal. IV, 15. *μαρτυρῶ γὰρ ὑμῖν, ὅτι, εἰ δυνατὸν, τοὺς ὀφθαλμοὺς ὑμῶν ἐξορύξαντες ἂν ἐδώκατέ μοι*, ubi pariter supplendum *ἦν*. Male haec omnia vertit Schottus, aoristos per imperfecta coniunctivi ubique reddens. Protasis aoristum habet Ioh. XV, 22. *εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον*. ib. 24. *εἰ τὰ ἔργα μὴ ἐποίησα ἐν αὐτοῖς, ἃ οὐδεὶς ἄλλος πεποίηκεν, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον*. Gal. III, 21. *εἰ γὰρ ἐδόθη νόμος ὁ δυνάμενος ζωοποιῆσαι, ὄντως ἂν ἐκ νόμου ἦν δικαιοσύνη*. Imperfectum et plusquamperfectum coniuncta sunt Ioh. XIX, 11. *οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν κατ' ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν*. De locis Ioh. XI, 21. 1 Ioh. II, 19. deinde dicetur. In his igitur, nisi Schotti aliorumque versioni fidem habeas, nulla facta est temporum

commutatio: sed alia supersunt loca, in quibus imperfectum ita usurpatum est, ut potius aoristus requiri videatur *). Ex his quoque nonnulla ad vulgarem legem revocare licet. Matth. XXIII, 30. εἰ ἤμεθα ἐν ταῖς ἡμέραις τῶν πατέρων ἡμῶν, οὐκ ἂν ἤμεθα κοινωνοὶ αὐτῶν ἐν τῷ αἵματι τῶν προφητῶν, quae verba bene explicuit FRITZSCH. ad h. l. et in dissert. II. ad Cor. II. p. 69. Hebr. IV, 8. εἰ γὰρ αὐτοὺς Ἰησοῦς κατέπαυσεν, οὐκ ἂν περὶ ἄλλης ἐλάλει μετὰ ταῦτα ἡμέρας. Vid. WINER. p. 128. Hebr. VIII, 7. εἰ γὰρ ἡ πρώτη ἐκείνη (διαθήκη) ἦν ἄμεμπτος, οὐκ ἂν δευτέρας ἐζητεῖτο τόπος. Vid. FRITZSCH. in coni. p. 35. Sed ad ipsum tempus praeteritum necessario referenda videntur haec tria imperfecti exempla: Ioh. XI, 21. εἶπεν οὖν Μάρθα πρὸς τὸν Ἰησοῦν. κύριε, εἰ ἦς ὧδε, ὁ ἀδελφός μου οὐκ ἂν ἐτεθνήκει. ib. 32. κύριε, εἰ ἦς ὧδε, οὐκ ἂν ἀπέθανέ μου ὁ ἀδελφός. 1 Ioh. II, 19. ἐξ ἡμῶν ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐκ ἦσαν ἐξ ἡμῶν. εἰ γὰρ ἦσαν ἐξ ἡμῶν, μεμενήκεισαν ἂν μεθ' ἡμῶν· ἀλλ' ἵνα φανερωθῶσιν, ὅτι οὐκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν. Neque vero de enallage temporum cogitandum est, sed propriam suam vim retinuit imperfectum, ut significet id, quod praeterito tempore praesens fuit. Fateor e Graecorum scriptis nunc quidem

*) Aoristi pro imperfecto positi speciem nescio an nullus prae se ferat locus. Nam qui WINERO (p. 128.) talis visus est Ioh. VIII, 42. εἰ ὁ θεὸς πατὴρ ὑμῶν ἦν, ἠγαπᾶτε ἂν ἐμέ, huc plane non pertinet, quum ἠγαπᾶτε non aoristus sit, sed imperfectum. Neque igitur ad defendendum aoristum scribere debebat vir doctissimus, posse etiam verti: „*ihr würdet mich geliebt, mir nur Liebe geschenkt haben.*“

non in promtu mihi esse exempla similia, sed tamen, quin graece ita dici potuerit, vix dubito.

Sequitur, ut dicatur de omissione voculae ἄν. Quae particula quum hanc sibi propriam habeat potestatem, ut respondeat vernaculae voculae *wohl*, optime huiusmodi sententiae conditionali conveniat necesse est, qua significatur, fieri aliquid potuisse, quod re vera non factum est. Neque vero ipsa per se efficere potest, ut indicativus hanc significationem induat. Nam si natura sua eam vim contineret vocula ἄν, nunquam non orationi eam inferret. Imo in reliqua sententiae ratione, in ipso verbo potissimum et huius quidem temporibus praeteritis vis illa latet eodem modo, quo vernacule dicere licet: *wenn jenes geschah, that ich dieses.* Sed usu factum est, ut vocula ista, quae minuendae quodammodo indicativi potestati inserviret, plerumque his locutionibus adderetur, et cum verbo suo in temporis vere conditionalis significatum sensim coiret, ita ut responderet Latinorum imperfecto et plusquamperfecto coniunctivi. Hinc autem et potuisse ἄν in tali sententia omitti, et quae omissionis ratio sit, facile intelligitur, recteque viri docti intellexerunt, indicativi in hac re nude positi eandem in graeca lingua rationem esse, quam in latina et germanica. Vid. HERMANN. ad Aristoph. Nub. 1344. ad Eurip. Hec. 1087. ad Soph. Electr. 902. POPPO ad Thucyd. I. p. 135. sq. KRUEGER in libro: *Untersuchungen aus dem Gebiete der latein. Sprachl.* Heft II. p. 383. FRITZSCH. in diss. II. ad Cor. II. p. 174. Scilicet fere rhetorica illa locutio est, qua, quod non fuit, futurum fuisse ea, quae dicta est, conditione, tanto certius declaratur. Quare si qua in N. T. reperian-

tur omissi ἄν vestigia, tantum aberit, ut idiotismum aliquem constituant orationis N. T., ut in hac re egregius cernatur linguae sacrae et profanae consensus. Et reperiri huiusmodi exempla, iam WINERUS indicavit p. 128., qui haec attulit loca: Ioh. VIII, 39. εἰ τέκνα τοῦ Ἀβραὰμ ἦτε, τὰ ἔργα τοῦ Ἀβραὰμ ἐποιεῖτε· νῦν δὲ ζητεῖτέ με ἀποκτεῖναι — τοῦτο Ἀβραὰμ οὐκ ἐποίησεν. Recte enim voculam ἄν, quae vulgo post ἐποιεῖτε legitur, omisit GRIESBACH., probante FRITZSCHIO l. c. Sed quod idem GRIESBACH. pro vulgato ἦτε reposuit ἐστέ, id vereor, ut defendi possit, quamquam de ea re tacet doctiss. FRITZSCHIUS. Ioh. XV, 22. εἰ μὴ ἦλθον καὶ ἐλάλησα αὐτοῖς, ἁμαρτίαν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ πρόφασιν οὐκ ἔχουσι περὶ τῆς ἁμαρτίας αὐτῶν, quibus verbis simillima sunt, quae sequuntur v. 24. Ioh. XIX, 11. οὐκ εἶχες ἐξουσίαν οὐδεμίαν κατ᾽ ἐμοῦ, εἰ μὴ ἦν σοι δεδομένον ἄνωθεν. His addo praeter Rom. VII, 7. τήν τε γὰρ ἐπιθυμίαν οὐκ ᾔδειν, εἰ μὴ ὁ νόμος ἔλεγεν· οὐκ ἐπιθυμήσεις· etiam Ioh. IX, 33. εἰ μὴ ἦν οὗτος παρὰ θεοῦ, οὐκ ἠδύνατο ποιεῖν οὐδέν. Act. XXVI, 32. ἀπολελύσθαι ἐδύνατο ὁ ἄνθρωπος οὗτος, εἰ μὴ ἐπεκέκλητο Καίσαρα, quibus locis attendas velim ad verbum ἐδύνατο. Scilicet in quibusdam verbis prae ceteris usitata est particulae ἄν omissio, qualia sunt ἐχρῆν, ἔδει, προςῆκε, καλῶς εἶχεν, αἰσχρὸν ἦν, εἰκὸς ἦν, ἐξῆν, ἐδύνατο, ἔμελλε, ἐκινδύνευε et verbalia in τέος cum verbo ἦν coniuncta. Quibus verbis ita propriam quidam putant omissionem illam, ut in reliquis eam ne ferri quidem posse iudicent. Ita SCHAEFERUS in melet. crit. p. 55. 130. Sed iure refragantur, quos modo laudavi, viri docti. Obstat enim cum res ipsa, tum exemplorum multitudo. Quod

autem haec verba prae ceteris voce *ἂν* carere diximus, non mirabitur, qui meminerit, etiam apud Latinos solemnem indicativi usum esse in verbis *oportebat*, *debebat*, *decebat*, *aequum erat*, *licebat*, *poterat* etc. De Graecis vid. MATTHIAE gramm. §. 510. DISSEN. disq. phil. spec. I. p. 13. POPPO l. c. et observ. crit. in Thucyd. p. 142. WUNDERLICH. in Aesch. in Ctes. c. 106. et in Addendis p. 222. Adde scriptores a ZEUNIO ad Vig. p. 214. citatos. De Latinis inprimis videantur KRUEGER. in libro l. p. 333. usque ad finem. GERNHARD. in *comment. de Latinorum indicativo et Germanorum coniunctivo in usu verborum debere, melius, aequius esse, aliorum huius generis. Vimariae* 1824. 4. et in excursu I. ad Cicer. Lael. p. 238—246. Causa rei in promtu est. Nam ipsa verborum illorum significatio efficit, ut plerumque aliud quid dici debeat, quam quod diceretur adiecta indicativo vocula *ἂν* vel Latinorum temporibus conditionalibus. Ac primo quidem, quum notiones his verbis inclusae huiusmodi sint, ut significent aliquid, quod revera fuit, etiamsi ipsa res, quae fieri debuit aut potuit, non acciderit, saepissime praeterita illorum tempora, licet in locutione conditionali adhibita, tamen non significationem conditionalem habent, sed propriam suam vim retinent, ut aliquid indicent, quod re vera fuit tempore praeterlapso. Sic rectissime dici potest v. c. *ἐδύνατο* (*ἐδυνήθη*) *βοηθῆσαι αὐτῷ, εἰ ἐβουλήθη*, *poterat opem ferre, si voluisset.* Nam etsi non tulit opem, poterat tamen ferre, ut sensus sit: *ἐδύνατο βοηθῆσαι καὶ ἐβοήθησεν ἂν, εἰ ἐβουλήθη.* In N. T. non reperi satis tutum huiusmodi exemplum, tale quidem, quod protasin habeat diserte expressam.

Nam quem ex Actis attulimus locum, in eo quamvis possit quodammodo verbum *ἐδύνατο* de praeterito tempore intelligi (nam poterat Paulus absolvi, antequam ad Caesarem provocaret), rectius tamen procedit oratio, si explicas *posset Paulus absolvi*, ut subaudiatur *ἀλλ' οὐ δύναται*, et rhetorica sit vocis *ἄν* omissio, quam in his verbis eo facilius Graecos sibi indulsisse credibile est, quo magis ex illo, quod modo commemoravimus, dicendi genere in iisdem verbis eiusdem voculae omissioni adsuevissent. Alia ratio est loci Act. XXIV, 19. *οὓς ἔδει ἐπὶ σοῦ παρεῖναι καὶ κατηγορεῖν, εἴ τι ἔχοιεν πρὸς μέ.* Nam protasis quidem adiecta, sed in hac non indicativus, sed optativus adhibitus est, ut in re incerta. Vid. Matthiae gramm. §. 524. Schaefer. ad Dionys. Hal. de compos. verb. p. 213. 231. Winer. p. 125. De locis Matth. XXVI, 24. Marc. XIV, 21. infra dicetur. Earum autem enunciationum, quae protasi carent, permulta reperiuntur exempla. Cuiusmodi enunciationes licet cogitari plerumque possint adiecta protasi*), tamen ea non indigent, sed solae per se constant, ut quae simpliciter id, quod revera fuit, proponant. Vernacula tamen lingua etiam in hac re tempora conditionalia usurpat, quoniam, an *τὸ δύνασθαι*, *τὸ χρῆναι* locum vere habuerit nec ne, nihil curans, hoc unum significat, ipsam rem, quae fieri debuerit potueritve, non esse re vera factam. Exempla ubivis obvia: Matth. XVIII, 33. *οὐκ ἔδει καὶ σὲ ἐλεῆσαι τὸν σύνδουλόν σου, ὡς καὶ ἐγώ*

*) Obiter moneo, protasis defectum per se nihil habere offensionis. Matth. XXV, 27. *ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις, καὶ ἐλθὼν ἐγὼ ἐκομισάμην ἂν τὸ ἐμὸν σὺν τόκῳ*, ubi supplendum *εἰ ἔβαλες τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις.* Vid. Fritzsch. Coni. p. 35.

σε ἠλέησα; XXVI, 9. *ἠδύνατο γὰρ τοῦτο (τὸ μύρον) πραθῆναι πολλοῦ, καὶ δοθῆναι τοῖς πτωχοῖς.* 2 Petr. II, 21. *κρεῖττον γὰρ ἦν αὐτοῖς, μὴ ἐπεγνωκέναι τὴν ὁδὸν τῆς δικαιοσύνης, ἢ ἐπιγνοῦσι ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἁγίας ἐντολῆς.* Matth. XXIII, 23. XXV, 27. Act. XXVII, 21. 2 Cor. II, 3. Superest aliud quoddam genus locorum, ubi licet non propriam suam vim retineant tempora illa praeterita, tamen non minus recte omittitur particula *ἄν.* Saepissime enim imperfecta verborum *χρῆ, δεῖ, προςήκει* etc. de praesenti tempore adhibentur, ut significetur, nunc ipsum aliquid fieri debere. In qua re si quis ipsum tempus praesens requiri putet, eodem modo, uti de praeterito tempore ponantur imperfecta vel aoristi, meminerit velim, imperfectum propterea de re praesenti poni, ut simul indicetur, non esse vel fieri re vera, quod esse vel fieri debeat. Plato Symp. p. 181. D. *χρῆν δὲ καὶ νόμον εἶναι, μὴ ἐρᾷν παίδων, ἵνα μὴ εἰς ἄδηλον πολλὴ σπουδὴ ἀνηλίσκετο.* Xen. Cyr. V, 5. 9. de rep. Ath. I, 6. III, 6. Apol. Socr. 3. Huiusmodi autem locutiones propterea recte carere patet vocula *ἄν*, quoniam non licet contrarium eius verbi, quod tempore imperfecto positum est, animo subintelligere. Ineptum enim foret, si quis in Platonis loco subaudire vellet *ἀλλ' οὐ χρῆ νόμον εἶναι,* sed hoc tantum cogitatione addendum est *ἀλλ' οὐκ ἔστι νόμος* *). Ex N. T. huc referenda videntur Matth. XXVI,

---

*) Bornemannus in Rosenm. Repert. II, p. 280. duo attulit loca, quae voculam *ἂν* verbo *ἔδει* subiectam habent. Polyb. I, 3. *εἰ μὲν οὖν ἡμῖν ἦν συνήθη καὶ γνώριμα τὰ πολιτεύματα, τὰ περὶ τῆς τῶν ὅλων ἀρχῆς ἀμφισβητήσαντα, ἴσως οὐδὲν ἂν ἡμᾶς ἔδει περὶ τῶν προ τοῦ γράφειν;* Plat. de Republ. I. p. 328. C. *εἰ μὲν γὰρ ἐγὼ ἔτι ἐν*

24. (Marc. XIV, 21.) *καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος*, *satius ei foret*, *nunquam natum esse*, ubi non licet subintelligere *ἀλλ' οὐ καλόν ἐστιν αὐτῷ*. Neque enim per se constant illa verba, ut significent *bene ipsi esset*, sed praedicatum, quod vocatur, continent verborum sequentium. Act. XXII, 22. *αἶρε ἀπὸ τῆς γῆς τὸν τοιοῦτον· οὐ γὰρ καθῆκεν αὐτὸν ζῆν*. Nisi forte utroque loco imperfectum ad praeteritum tempus referendum est, hoc sensu: *satius ipsi erat*, *non nasci* — *non debebat vivere* h. e. *iam pridem mori debebat*, quae est Wineri (p. 129.) explicatio. Vide etiam Bornemannum p. 257. Compara cum priore loco Marc. IX, 42. *ὃς ἂν σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τῶν πιστευόντων εἰς ἐμὲ, καλόν ἐστιν αὐτῷ μᾶλλον, εἰ περίκειται λίθος μυλικὸς περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ καὶ βέβληται εἰς θάλασσαν*. et Luc. XVII, 2. *λυσιτελεῖ αὐτῷ, εἰ μύλος ὀνικὸς περίκειται περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ καὶ ἔρ-*

δυνάμει ἦν τοῦ ῥᾳδίως πορεύεσθαι πρὸς τὸ ἄστυ, οὐδὲν ἄν σε ἔδει δεῦρο ἰέναι, ἀλλ' ἡμεῖς ἂν παρὰ σὲ ᾖμεν. Sed his quidem locis contrarium cogitatione addere licet. Unde priore loco haec statim subiiciuntur: *ἐπεὶ δ' οὔτε τοῦ τῶν Ῥωμαίων, οὔτε τοῦ τῶν Καρχηδονίων πολιτεύματος πρόχειρός ἐστι τοῖς πολλοῖς τῶν Ἑλλήνων ἡ προγεγενημένη δύναμις, οὐδ' αἱ πράξεις αὐτῶν· ἀναγκαῖον ὑπελάβομεν εἶναι, συντάξασθαι ταύτην καὶ τὴν ἑξῆς βίβλον πρὸ τῆς ἱστορίας.* Apud Platonem autem superioribus illis haec subiuncta sunt: *νῦν δὲ σὲ χρὴ πυκνότερον δεῦρο ἰέναι·* cf. Plat. Symp. p. 180. C. *οὐ καλῶς μοι δοκεῖ, ὦ Φαῖδρε, προβεβλῆσθαι ἡμῖν ὁ λόγος, τὸ ἁπλῶς οὕτω παρηγγέλθαι ἐγκωμιάζειν Ἔρωτα· εἰ μὲν γὰρ εἷς ἦν ὁ Ἔρως, καλῶς ἂν εἶχε· νῦν δὲ — οὐ γάρ ἐστιν εἷς.* Unde intelligitur, Hebr. IX, 26. *ἐπεὶ ἔδει αὐτὸν πολλάκις παθεῖν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου*, recte addi potuisse voc. *ἄν*. Neque enim re vera saepius mori Christum oportuit. Quamquam h. l. non de re praesenti, sed de praeterita sermo est.

ῥιπται εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ ἕνα τῶν μικρῶν τούτων (coll. Matth. XVIII, 6.), et cum posteriore locum Sophoclis in Philoct. 418. τούςδε γὰρ μὴ ζῆν ἔδει. Unus tamen locus est, in quo ita positum est imperfectum, ut re vera praesentis vice fungi videatur. Col. III, 18. ὑποτάσσεσθε τοῖς ἀνδράσιν, ὡς ἀνῆκεν ἐν κυρίῳ· neque enim supplere licet ἀλλ' οὐχ ὑποτάσσεσθε. Sed et ipsi Graeci paulo liberius his imperfectis usi sunt, id quod cumprimis valet de verbo προςῆκεν. Vid. Dorvill. ad Charit. p. 610. ed. Lips. Viger. p. 257. et ad eundem Zeun. p. 214. Winer. p. 120. Nihil igitur est, quod a graecae orationis indole abhorreat. Neque aliter existimandum est de usu verbi βούλεσθαι aliorumque *velle* significantium. Nam verum quidem est, frequentissime esse ἐβουλόμην vel ἤθελον cum ἄν coniunctum, quod quomodo ab optativo βουλοίμην ἄν, θέλοιμι ἄν differat, omnes sciunt. Indicativus enim pariter atque Latinorum *vellem* usurpatur, cum quid cupimus, quod fieri nequit; optativus autem, ut Latinorum *velim* locum habet in re, quae fieri potest. Plat. Crit. init. οὐ μὰ τὸν Δία, ὦ Σώκρατες, οὐδ' ἂν αὐτὸς ἤθελον ἐν τοσαύτῃ ἀγρυπνίᾳ καὶ λύπῃ εἶναι. Xen. Oec. VI, 12. πάνυ ἄν, ἔφη, βουλοίμην ἂν ἀκούειν. Cf. Matth. gramm. gr. §. 509. Schaefer. melet. crit. p. 124. sq. Sed etiam omitti posse voculam ἄν, cum res ipsa doceat, tum plurima testantur exempla. Etenim fere eadem ratio est verbi βούλεσθαι atque illorum verborum, de quibus antea sermo fuit. Nam voluntas rei faciendae adesse potest, etiamsi res ipsa eventu careat, ut recte dici possit v. c. ἐβουλόμην (ἐβουλήθην) βοηθῆσαι, εἰ ἠδυνήθην, *volebam opem ferre, et tu-*

lissem, si potuissem. Eodemque modo etiam tum, cum de praesenti tempore ἐβουλόμην adhibetur, bene convenit cum reliquorum illorum verborum usu, quum neque hic, si accurate rem spectes, subintelligi queat ἀλλ' οὐ βούλομαι. Unde apparet, eodem iure, uti ἐχρῆν, ἔδει et similia, etiam ἐβουλόμην sine ἄν de re praesenti dici posse. Quodsi quis quaerat, qui fiat, ut nihilominus plerumque addatur ἄν, sciendum est, aliquid sane discriminis inter ἐχρῆν et ἐβουλόμην intercedere, idque in utriusque verbi natura esse positum. Nam si quis dicit, ἐβουλόμην ἂν τοῦτο ποιεῖν, proprie hoc significat: *vellem, si optio esset data, quae nunc non amplius data est.* Licet igitur quodammodo subaudire ἀλλ' οὐ βούλομαι, scilicet quoniam eligendi potestas iam praeclusa est. Alia contra ratio est verbi ἐχρῆν, cui nullo modo subiungi potest cogitatio ἀλλ' οὐ χρή. Huius enim verbi obiectiva, illius subiectiva significatio est. Nam quid velimus, quid non, in nostra ipsorum potestate positum est, unde eorum, quae fieri non posse intelligimus, coërcere licet cupiditatem. Illa autem, quae fieri debent, neque ex ipsius rei eventu, neque ex voluntate nostra unquam pendere possunt. Potuit igitur et ἐβουλόμην dici et ἐβουλόμην ἄν. Omissi ἄν exemplum est apud Lucian. Tom. II. p. 390. ed. Reitz. ὥστε ἐβουλόμην αὐτὸ ἤδη ἐπιγεγράφθαι. Neque enim cum SCHAEFERO melet. crit. p. 49. inserendum est ἄν. Vide LEHMANN. Luc. Tom. V. p. 236. Addo duo exempla propterea notatu dignissima, quod in eadem re altero loco addita, altero omissa est vocula ἄν. Xenoph. Apol. Socr. §. 28. σὺ δὲ, ὦ φίλτατε Ἀπολλόδωρε, μᾶλλον ἂν ἐβούλου με ὁρᾶν δικαίως ἢ ἀδίκως ἀποθνήσκοντα; et

Diogen. in vita Socr. p. 41. (quem locum citavit Weiskius ad Xenoph. Tom. V. p. 218.) *τῆς γυναικὸς εἰπούσης· ἀδίκως ἀποθνήσκεις; σὺ δὲ, ἔφη, δικαίως ἐβούλου;* Quae cum ita sint, nemo, opinor, in his offendet N. T. locis. Act. XXV, 22. *ἐβουλόμην καὶ αὐτὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀκοῦσαι*, quae cum dicit Agrippa, non cogitat, fore, ut ipse Paulum videat. Gal. IV, 20. *ἤθελον παρεῖναι πρὸς ὑμᾶς ἄρτι.* Sed Rom. IX, 3. *εὐχόμην γὰρ αὐτὸς ἐγὼ ἀνάθεμα εἶναι*, e sequentibus supplenda est apodosis. Vid. Fritzsch. in dissert. II. ad Cor. II. p. 75.

Alterum usum particulae *ἄν* cum indicativo coniunctae hunc esse diximus, ut magis incertam reddat orationem. Fritzschius coni. p. 35. in omnibus huius indolis locis, h. e. ubicunque *ἄν* cum indicativo extra locutionem conditionalem reperiatur, referri dicit ad rem non semel actam, sed fieri solitam et saepius repetitam, ut fere respondeat vernaculae voci *allemahl*: idemque, ubi *ἄν* dubitantis sit, ita proprium iudicat optativo, ut comitante indicativo soloecum foret. Quam ob rem erroris postulat Wahlium, qui etiam hanc vim tribuerit voci *ἄν*, ut indicet rei modum esse talem, ut dubitationem admittat. Wahlii (clav. p. 39.) haec sunt verba: „praecedente *ὅς*, ubi de re certa sermo est, indicat rei partem l. rationem et modum esse talem, ut dubitationem admittat.“ Quae quum reprehendit Fritzschius, non Wahlium reprehendit, sed, cuius ille verba repetiit, Hermannum ad Vig. p. 819.*) Equidem hoc mihi

*) Concedo, aliam esse eius loci rationem, in quem Wahlius Hermanni explicationem transtulit, quam illorum, qui ab ipso Herman-

perspicere videor, neque in omnibus Graecorum scriptorum locis, ubi ἄν cum indicativo extra locutionem conditionalem reperiatur, cogitari posse de re saepius repetita et fieri solita, neque in ipsa vocula ἄν per se hanc repetitionis notionem latere posse. Cfr. Matthiae gramm. gr. §. 599. Xenoph. Conv. 1, 8. εὐθὺς μὲν οὖν ἐννοήσας τις τὰ γιγνόμενα, ἡγήσατ' ἂν φύσει βασιλικόν τι τὸ κάλλος εἶναι, ubi potius id significatur, quod fieri potuit, vel quod factum esse credibile est. In qua ipsa re sane est aliquid dubitationis, recteque Matthiae observasse videtur, indicativum illum cum ἄν coniunctum fere idem significare in praeterito tempore, quod optativus eadem vocula instructus significet in praesenti vel futuro tempore. Et haec quidem primitiva illius structurae videtur potestas, ut ἄν propriam suam vim, qua respondet nostro *etwa* s. *wohl*, hic quoque retineat, totaque formula declaret, quod nos diceremus: *es trat wohl der Fall ein, dass* etc. Hinc autem optime intelligitur, qui fiat, ut saepissime de re repetita eadem particula adhibeatur. Nam quum in tali sententia non de certo quodam tempore sermo sit, sed de pluribus iisque indefinitis temporis momentis, quae quoties repetita fuerint, dici nequit; consentaneum est, neque illud, quod incerto tempore accidit, ut certum proponi, sed significari tantummodo, id quod ter quaterve factum esse sciamus, fieri etiam in simili quacunque causa potuisse. Xenoph. Mem. Socr. IV, 6, 13. εἰ δέ τις αὐτῷ

---

no allati sunt; sed non hoc solum vituperat Fritzschius, quod in alienum locum illa translata sit, sed omnino veram esse negat.

περί του ἀντιλέγοι, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν ἐπανῆγεν ἂν πάντα τὸν λόγον. Vid. praeter illos, quos Fritzschius laudavit viros doctos, BRUNCK. ad Soph. Philoct. 290. POPPO ad Lucian. D. D. X, 3. Frequentissimus autem huius structurae usus est post voces relativas, quarum quaedam per se ipsae rei iterationem indicant, ut *ὅσος*. His si subiicitur *ἄν*, *ἀοριστολογικὴ* particulae potestas ad ipsas potius voculas relativas, quam ad verbum indicativo modo positum pertinere existimanda est. Unde in unam notionem istae voculae cum *ἄν* coalescunt, ut respondeant latinis vocabulis in *cunque* desinentibus. Huiusmodi omnia sunt, quae in N. T. reperiuntur illius structurae exempla. Nam casu accidit, ut nullus exstet locus, in quo similiter, ut in locis e Xenophonte allatis, *ἄν* simpliciter sit cum indicativo coniunctum, nulla praecedente vocula relativa. Cfr. WINER. p. 128. Dicamus primo de indicativo praeteriti, cuius haec inveniuntur exempla: Marc. VI, 56. *ὅπου ἂν εἰςεπορεύετο εἰς κώμας — ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἐτίθουν τοὺς ἀσθενοῦντας καὶ παρεκάλουν αὐτὸν, ἵνα κἂν τοῦ κραςπέδου τοῦ ἱματίου αὐτοῦ ἅψωνται· καὶ ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ, ἐσώζοντο.* (De voce *κἄν*, quae respondet nostro *wenn auch nur*, vid. EMMERLING. ad 2 Cor. XII, 16. FRITZSCH. in diss. II. ad Cor. II. p. 119.) Act. II, 45. *διεμέριζον αὐτὰ πᾶσι, καθότι ἄν τις χρεῖαν εἶχε.* IV, 35. *διεδίδοτο δὲ ἑκάστῳ, καθότι ἄν τις χρείαν εἶχε*, ad quem locum quum haec scribit WINERUS l. c. „*καθότι τις χρείαν εἶχε* würde anzeigen, daſs man das individuelle Bedürfniſs genau (durch Berechnung etc.) ausgemittelt hätte," non plane assentior. Vide enim, quae statim afferemus omissi *ἄν* exempla. 1 Cor. XII, 2.

ἔθνη ἦτε, πρὸς τὰ εἴδωλα τὰ ἄφωνα, ὡς ἂν ἤγεσθε, ἀπαγόμενοι, *utcunque ducebamini*, h. e. temere et absque iudicio. cfr. KRAUSIUS ad h. l. Similiter usurpatum est δήποτε apud Iohannem V, 4. ὁ πρῶτος ἐμβὰς — ὑγιὴς ἐγίνετο, ᾧ δήποτε κατείχετο νοσήματι. Sed longe saepissime simpliciter positus est indicativus cum vocula relativa. Matth. XIV, 36. ὅσοι ἥψαντο, ἐσώθησαν, qui locus tanto magis mirum te habere poterit, quod apud Marcum loco supra allato in eadem re dictum est ὅσοι ἂν ἥπτοντο αὐτοῦ, ἐσώζοντο. Sed recte etiam Matthaeus dixit. Et aoristos quidem posuit, quoniam non rei repetitae cogitationem animo informavit, sed quae variis temporibus acciderant, ea omnia tamquam unam rem, nunc quidem praeteritam, mente comprehendit. cf. Matth. XXII, 10. συνήγαγον πάντας ὅσους εὗρον πονηρούς τε καὶ ἀγαθούς. Particula ἄν autem omitti potest, sive aoristus indicativi adhibeatur, sive imperfectum. Nam cum additur ἄν, hoc significatur: *quot illum tetigerint, incertum est, sed quotquot tangerent, sanabantur.* Contra omisso ἄν simpliciter hoc dicitur: *quot tangebant (tetigerunt) — sanabantur (sanati sunt).* Matth. XXVII, 15. κατὰ δὲ ἑορτὴν εἰώθη ὁ ἡγεμὼν ἀπολύειν ἕνα τῷ ὄχλῳ δέσμιον, ὃν ἤθελον. et Marc. XV, 6. κατὰ δὲ ἑορτὴν ἀπέλυεν αὐτοῖς ἕνα δέσμιον, ὅνπερ ᾐτοῦντο. Marc. III, 10. πολλοὺς γὰρ ἐθεράπευσεν, ὥστε ἐπιπίπτειν αὐτῷ, ἵνα αὐτοῦ ἅψωνται, ὅσοι εἶχον μάστιγας· Luc. IV, 40. πάντες ὅσοι εἶχον ἀσθενοῦντας νόσοις ποικίλαις, ἤγαγον αὐτοὺς πρὸς αὐτόν. Ioh. VI, 11. ἐκ τῶν ὀψαρίων (διέδωκε τοῖς ἀνακειμένοις) ὅσον ἤθελον. (Optativus in hac re nunquam a scriptoribus sacris coniun-

gitur cum voculis relativis, quod saepissime fit apud Graecos. Vid. HERMANN. diss. de legibus quibusdam subtil. serm. Hom. p. 20. sq. ad Vig. p. 909. POPPO ad Lucian. D. D. V, 7. MATTHIAE Gramm. §. 521. 527.) Similis ratio est eorum locorum, in quibus easdem voces relativas sequitur *ἄν* cum praesenti indicativi. Quod tum fieri videtur, ubi dicitur de eo, quod nunc re vera est, sed quod tanto est ambitu, ut per singulas partes accurate cogitari nequeat *). Huius modi est illud Aristophanis (Ach. 873.) *ὅσ' ἔστ' ἂν ἀγαθὰ Βοιωτοῖς ἁπλῶς*: nam illa nunc vere sunt Boeotis, sed quam late pateant, et quae singula his contineantur, non certo conspicere licet. Posset quidem etiam de eo, quod nunc est, coniunctivus adhiberi, sed ille, quoniam ad tempus futurum spectat, referretur ad cognitionem eius, quod nunc est, futuro tempore acquirendam: *Quaecunque aliquis inveniat Boeotis bona esse.* Hinc recte apparet a FRITZSCHIO (in coni. p. 35.) Ioh. V, 19. probatam esse scripturam: *ἃ γὰρ ἂν ἐκεῖνος ποιεῖ, ταῦτα καὶ ὁ υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ.* Deus enim ea iam nunc facere putandus est, aut certe putari potest. Nam defendi etiam coniunctivus potest, ut de iis cogitetur, quae postero tempore Deus facturus sit. Sed prior ratio exquisitior videtur. Coniunctivum contra reponendum aliquis putet Marc. XI, 24. *διὰ τοῦτο λέγω ὑμῖν, πάντα ὅσα ἂν προςευχόμενοι αἰτεῖσθε, πιστεύετε, ὅτι λαμβάνετε, καὶ*

---

*) Sunt qui hoc dicendi genus in dubium revocent, nec unquam *ἄν* cum praes. indic. coniunctum esse contendant. Vid. POPPO ad Thucyd. I. p. 135.

ἔσται ὑμῖν, quum de iis cogitandum esse videatur, quae in posterum a deo precaturi sint discipuli. Et verum est, in multis codd. legi *αἰτῆσθε* vel *αἰτήσησθε*. Sed leges tamen criticae tuentur indicativum. Nam cum in aliis libris servatus quidem indicativus, sed *ἄν* deletum reperiatur, utriusque scripturae origo haud dubie inde repetenda est, quod, qui in indicativo cum *ἄν* coniuncto offenderent, alterutrum putarent tollendum. Neque in ipso verborum sensu videtur haerendum esse. Nam cum saepe non ita accurate distinguere soleamus inter futuras res et praesentes, fieri potuit, ut Christus iam nunc praesentes cogitaret discipulorum preces. Eadem ratio est loci Ioh. II, 5. *λέγει ἡ μήτηρ αὐτοῦ τοῖς διακόνοις· ὅ, τι ἂν λέγῃ ὑμῖν, ποιήσατε*; ubi rursus alii indicativum exhibent. Sed 2 Cor. VIII, 12. *εἰ γὰρ ἡ προθυμία πρόκειται, καθὸ ἐὰν ἔχῃ τις, εὐπρόσδεκτος, οὐ καθὸ οὐκ ἔχει*, de ipso praesenti tempore intelligi possunt verba *καθὸ ἂν ἔχῃ τις*, quare nescio, an e cod. Vaticano aliisque reponendum sit *ἔχει*. Reliquum est, ut de futuro indicativi paucis dicatur, cui etiam ab optimis scriptoribus adiunctam esse particulam *ἄν*, docent Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 66. et quos laudavit, Hermann. ad Soph. O. R. 1055. Stallbaum. ad Plat. Phil. p. 80. Matthiae gramm. gr. p. 880. Lobeck. ad Phryn. p. 733. sq. Huiusmodi exemplum in textu recepto N. T. non exstat, sed in codicibus nonnulla reperiuntur. Ioh. XVI, 13. *οὐ γὰρ λαλήσει (τὸ πνεῦμα τῆς ἀληθείας) ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ὅσα ἂν ἀκούσῃ, λαλήσει, καὶ τὰ ἐρχόμενα ἀναγγελεῖ ὑμῖν*, ubi cod. Cantabr. aliique *ἀκούσει* suppeditant, ita

tamen, ut fere omnes omittant ἄν, quod deest etiam in cod. Vatic. Unde aut ὅσα ἀκούσῃ scribendum videtur omisso ἄν (vid. Stallbaum. ad Plat. Phil. p. 61.) aut ὅσα ἂν ἀκούσει. Nam si scriptum fuisset ὅσα ἂν ἀκούσῃ, neque cur ἄν omissum sit, neque cur indicativus repositus, posset intelligi. De futuro ἀκούσω scriptoribus sacris haud insolito vid. Planck. de vera nat. orat. N. T. p. 5. 35. Winer. p. 43. Act. VII, 7. καὶ τὸ ἔθνος, ᾧ ἐὰν δουλεύσωσι, κρινῶ ἐγὼ, εἶπεν ὁ θεός· ubi codd. praestantissimi A C D exhibent δουλεύσουσι. Sed Gen. XV, 14., unde haec verba petita sunt, apud LXX coniunctivus scriptus est. Quare certi quid nunc non ausim statuere.

T H E S E S.

Non recte agunt, qui, cum seriorem Graecitatem explicare studeant, nullam prorsus rationem habent orationis N. T.

In tractanda grammatica N. T. unumquodque dicendi genus non solum philosophice, verum etiam historice examinandum est, h. e. non id unum spectetur, an aliquid per se explicari possit, sed etiam illud, utrum ex ipso Graecorum sermone duxerit originem, an aliunde sit repetendum.

Paulus Apostolus dogmatis de peccato hereditario vel certe de poena (h. e. de morte) hereditaria re vera auctor est.

Idea providentiae seu procurationis divinae, licet animo necessaria, mente tamen comprehendi nequit.

Male statuunt, qui mendacium nonnunquam licitum vel necessarium esse censent.

[illegible]

[illegible]

[illegible]